Iustus namque & misericors  
mortalium acta dispo-  
nens. Alia concedit propi-  
tius. Alia permittit Iratus.  
Atque ea <sup>que</sup> permittit sic  
tolerat. ut hæc in sui con-  
siliu usum uertat.  
Unde miro modo fit. ut &  
quod sine uoluntate dñi  
fit. agitur. ut uoluntas  
dñi contrarium non sit.  
Quia dum in bonum usum  
mala facta uertuntur.  
eius consilia militat  
& iam quæ eius consilia  
repugnant. Hinc enim  
per psalmistam dicitur.  
Magna opera dñi. & que-  
sita in omnes uoluntate eorū.

Sic quippe eius opera  
magna sunt. Ut per  
omne quod ab hominibus  
agitur eius uoluntatis  
& quiritur. Nam sepe  
inde perficitur unde  
reppelli putabatur.

Hinc rursus dicitur

Omnia quaecumque uoluit  
dominus facit in caelo & in  
terra. Hinc salomon  
ait. Non est sapientia.  
Non est prudentia.

Non est consilium con-  
traditionem. Restat ergo  
ut in cunctis quae agimus  
superne uoluntatis

inquiramus. Cui uide-  
licet & cognite debet nostra  
actio deuote famulari  
& quasi ducem sultine-  
ris persequi ne ei & iam

nolens seruiat. si hanc  
superbiens declinat.

Utari enim uis superbi  
consilium nequaquam  
potest. Sed magna

20R  
sibi uirtute hanc tempe-  
rat. quise sub eius notis  
refrenat. Et usque sibi  
pondera leuigat. qui  
hanc sublecto cordis  
humero uolens portat.

Sed quia persecutorum  
superius memoriam  
facimus. qualiter & iam  
ea quae sub iuncta sunt  
eorum caecitati congru-  
at ostendamus.

SEQUITUR

**PER DIEM INCURRUNT**  
tenebras. & quasi in  
nocte sic palpabunt  
in meridie.

Per diem tenebras incur-  
runt. quia in ipsa ueri-  
tatis praesentia per fi-  
die errore cecati sunt.

Clare quippe per diem  
cernitur. Per noctem  
uero nostra acies obscurat.

Persecutores igitur redēp-  
toris nostri. dum diuinae  
uirtutis miracula cernent.



& tamen de eius diuini-  
tate dubitarent. In die  
tenebrarum passi sunt  
quia unum in luce per-  
diderunt. Hinc est  
quod de eis ipsa lux  
ammonet dicens

**A**mbulate dum lucem  
habetis. Ne uos tene-  
bre comprehendant.  
Hinc est quod de iudea  
dicitur. Occidit eis  
sol. cum adhuc esset dies.

Hinc est quod uocem pae-  
nitentium in se pro-  
pheta iterum sumit  
dicens. In p[er]gimus  
meridie quasi in tene-  
bris. In caliginis quasi  
mortui. Hinc iterum  
dicit. Custas quid  
de nocte. Custas quid  
de nocte. Dixit custas.  
uenit mane & nox.  
De nocte & enim custas  
uenit. quia huma-  
ni generis protector.

& manifestus in carne  
apparuit. & tamen  
hunc praesens perfidie  
suae tenebris iudea mini-  
me agnouit. Tibi bene  
& uoce custodis additur.

**U**enit mane & nox  
Quia per eius praesentiam  
& noua lux in mundo infa-  
ruit. & tamen in corde  
infidelium uetusta caeci-  
tas remansit. Bene  
autem dicitur

**Q**UASI IN NOCTE SIC  
palpabunt in meridie.  
**H**oc quippe palpando  
& quisimus. quod ocu-  
lis non uidemus.  
**J**udei autem aperta  
eius miracula uiderant  
& adhuc eum quasi pal-  
pantes inquirebant  
eum dicebant. Quousque  
animam tuam tollis.  
Si tu es christus dic nobis palam.  
**E**cce miraculorum lux  
ante oculos aderat.

Et tamen in cordibus  
 suis tenebras offendentes  
 adhuc requirendo  
 palpabant. Quorum  
 nimirum excitas ad cœli  
 delitatem crudelitas  
 & iam usque ad aperta  
 opera persecutionis  
 exarsit. Sed redemp  
 tor humani generis p  
 secutorum suorum  
 manibus diu teneri non  
 potuit. Unde & ita  
 protinus subditur.

**P**ORRO SALVUM FACI  
 & de gladio oris eorum  
 & de manu violenti  
 usque pauperem.

**I**ste quippe iste pauper  
 est de quo per paulum  
 dicitur. Propter uos  
 egenus factus est cum  
 diues erret. Quia  
 iudæi dñm accusando  
 tradiderunt quem  
 traditum gentiles occi  
 derunt. Potest per

oris gladium accusantium  
 hæbreorum lingua signari.

**Q**ue quibus per psalmistam  
 dicitur. Filii hominum  
 dentes eorum utina  
 & sagittæ & lingua  
 eorum machera acuta.

**Q**uia euangelio & iam  
 teste clamauerunt  
 crucifige crucifige.

**P**er uolenti uero manum  
 ipsa crucifigens genti  
 litas & primitur. Quæ  
 in redemptoris morte  
 hæbreorum uoces opere  
 impleuit. Quis tunc  
 hunc pauperem & de  
 uolenti manu & de  
 oris gladio saluum fecit.

**Q**uia uidelicet redemptor  
 noster & uisus gentiliu  
 & linguas iudæorum  
 moriendo & humani  
 tate pertulit. Sed &  
 diuinitatis suæ poten  
 tiam resurgendo supe  
 rauit. Quia uidelicet

21<sup>v</sup>  
resurrectione quid aliud  
agitur. Nisi ut spem uitae  
obsequentis infirmitas  
nra roboretur. Unde  
& bene mox subditur.

**ET ERIT EGRO SPES,**

**E**repto quippe paupere  
egenus ad spem reduci  
tur. quia humilis fide  
lium populus redemp  
tore moriente <sup>pauore</sup> concuti  
tur. sed resurgente  
solidatur. Ipsos namq;  
primos huius populi  
pauperes electos uideli  
ca & praedicatores uisa  
eius mori perculit. sed  
resurrectio ostentare  
parauit. Saluator  
ergo paupere spem  
egenus recipit. quia  
resurgente carne dno  
fidelis quisq; ad aeternae  
uite fiduciam conualescit.  
**S**ed ecce iam inmanife  
sta ostensione ueritatis  
uenit. Jam castus

mortem perculit. eamq;  
resurgendo destruxit.  
**J**am resurrectione gloria  
ascensionis honorauit.  
& tamen hebraeorum lin  
gua adhuc eum contume  
liis lacessisse non desinit.

**Q**uos nimirum aequani  
miter tolerat. ut alios  
tolerando conuertat.  
Atq; alios minime con  
uersos quandoq; distric  
tus feriat.

**I**n unum enim  
lingua infidelium  
effrenatione suae loqua  
citas obmutescit.  
cum uenisse eum iustum  
iudicem uiderit. quem  
nunc iniuste iudicauit.

Unde & bene subditur.

**INIGUITAS AUTEM**

**I**ncontrahit os suum.

**O**s enim suum nunc In  
iquitas adhaere dilatat.  
quia humani generis  
redemptorem lingua  
infidelium contumelias

laccere nequaquam  
 cessat. Sed tunc or  
 contrahit. cum hoc quia  
 non uult per studium  
 per supplicium claudit  
 quod tamen bene accipi  
 & iam de conuersis per  
 secutoribus potest.  
**S**aluato enim paupere  
 dum egenus ad spem  
 redit. contracto ore  
 iniquitas obmutescit.  
 Quia resurrectionis  
 eius clarescente mira  
 culo. dum copiosa mul  
 tudo fidelium crede  
 dit. a redemptoris sui  
 iniuriis contumeliisq;  
 cessauit. **O**s enim  
 suum quod dnm deriden  
 do aperuit. iam for  
 midando contraxit.  
**L**ib& h&ec moraliter  
 post posita iudaeorum  
 significatione trans  
 currere. Atq; a prauis  
 generaliter quomodo

aguntur indagare.  
**I**niquorum quippe ho  
 minum mentes cum  
 quedam a proximis  
 bene gesta conspiciunt.  
 In extenso laboris sui  
 eculeo torquentur.  
**E**t grauem malitiae suae  
 p&enam sustinent. cu  
 bona in aliis tabesce  
 tes uident. Recte  
 itaque dicitur.  
**P**er diem incurrunt  
 tenebras. quia mens  
 eorum cum de aliena  
 melioratione affligit.  
 de radio lucis obscurat.  
**Q**uia saepe in proximis  
 dum bona aperte con  
 siderant. si qua mala  
 lateant inuestigant.  
 & sollicitis inquisitionis  
 laborant. si quid forte  
 quod accusare possint  
 inueniant.  
**S**ana quidem membra  
 conspiciunt. sed clausis

22<sup>v</sup>  
cordis oculis uulnus pal  
pantes quærunt  
**U**noe & bene subditur  
**E**t quasi in nocte sic palpa  
bunt in meritis  
**D**ies boni operis in proxi  
mo exterius luce. Sed  
quasi in nocte palpabunt  
quia laboris sui intus  
tenebras tolerant. per  
uenire ad alia quæ rep  
hendunt. satagunt de  
tractionis aditum quæ  
runt. Sed quia hunc  
inuenire non ualent.  
cæci & terius circueunt.  
**Q**uod bene & primitur  
cum loth protegentibus  
angelis in domo eius  
ostium sodomite non  
Inuenerunt. Sicut  
scriptum est  
**U**im faciebant loth  
uehementissime & iam  
proximum erat ut  
frangeret fores. &  
miserunt manum uiri

& introdixerunt ad se  
loth. claueruntque  
ostium & eos quierant  
foris. percusserunt cæci  
tatem a minimo usque  
ad maximum. Ita ut  
ostium inuenire non possint.  
**Q**uid est quod malis aduer  
santibus intra domum  
loth reducitur & munitur.  
Nisi quod iustus quisque  
cum prauorum insidiis  
sustinet ad mentem  
reuertitur & in perterri  
tus manet. Sodomite  
autem uiri in domo loth  
inuenire ostium neque  
unt. quia corruptos ser  
mentium contra uitam  
iusti. Nullum accusatio  
nis aditum deprehendunt.  
**P**ercussi enim cecitate  
quasi domum circueunt  
qui inuidentes facta  
dictaque persequuntur.  
**S**ed quia eisdem uitam  
iusti. fortis unioque.

ac laudabilis actio obuiat.  
errantes nihil aliud quam  
paridem palpant.

**B**ene ergo dicitur. quasi  
in nocte sic palpabunt  
in meridi e. Quia dum  
bonum quod uident accu-  
sare nequeunt. cecati  
malitia malum quod  
non uident ad accusatio-  
nem quaerunt.

**U**nde & recte subiungitur.

**P**orro saluum faciet de  
gladio oris eorum & de  
manu uiolenti pauperem.

**P**auper quippe est. quis  
quis apud semetipsum  
elatus non est. Unde  
per euangelium ueritas  
dicit. Beati pauperes  
spu. qm ipsorum est  
regnum caelorum.

**Q**uobus autem modis ad  
culpam unusquisque  
pertrahitur. Aut de  
lectatione enim ducitur.  
Aut terrore superatur.

**G**ladius namque oris  
est. Iniquitas per suasio-  
nis. Manus autem  
uiolenti est. Aduersitas  
potestatis. Sed quia  
ueraciter humilis qui  
hoc loco pauper uocat  
quoniam nulla huius mundi  
prospera appetit. eo  
audenter & iam aduer-  
sa contempnit.

**R**ecte dicitur. Saluum  
faciet de gladio oris  
eorum. & de manu ui-  
olenti pauperem.

**A**csi aperte dicesetur.  
**S**ic in se dormientes humi-  
lium solidat. Uteas ad  
perpetrandam nequitiam  
nec blandimenta  
suasionum pertrahant.  
nec dolores suppliciorum  
frangant. **S**per quip-  
pe in aeternitate animi  
eiegit. & iocisto nulla  
mala exterius quae tole-  
rat sentit.

23<sup>v</sup>  
Unde & subditur. & erit  
egeno spes. Ad cuius  
spei uidelicet fructum  
cum pauper peruenerit  
omnis elatus obmutescit.

Unde adhuc subditur.  
Iniquitas autem contra  
hit os suum. Nunc enim  
malis bonis derogant  
& recta quae agere neg  
legunt. haemaliter  
obtrectando lacerare  
non cessant. Sed tunc  
Iniquitas os suum contra  
hit. cum iustis quanta  
suppeat gloria retri  
butionis agnoscit.

Tunc enim eloqui contra  
bonos non uacat. quia  
malorum suorum digna  
retributione lingua  
tormenta ligant.

Unde & bene anna pro  
phetante dicitur.  
Pedes scorum suorum  
seruauit. & impu in te  
nebris contescerent.

Sed ut electus quisque aeterna  
supplicia euadat. Ut ad  
perennem gloriam pauper  
ascendat. Debet hic  
a suis flagellis atteri.  
quatenus in iudicio ualeat  
purgatus inuenire.

Ipsum namque infirmita  
tis nostrae pondere deorsum  
cotidie ducimus. Nisi  
mira manu artificis  
per subuenientia flagel  
la releuemur.

Unde & subditur.  
" **BEATUS HOMO QUI**  
corripitur a domino.

Prima uirtus est. ne per  
petrare debeant. Sed  
uitare peccata.

Secunda autem saltem  
perpetrata corrigere.

Sed plerumque culpas non  
solum imminentes mini  
me uitamus. uerum  
& iam ne commissas  
agnoscimus. & pecca  
toris mens tanto altius

tenebre erit / quanta  
nec damnum suae caeci  
tatis intellegit

Unde fit plerumq; diuini  
muneris largitatem  
ut culpam pene subse  
quatur / & flagella  
oculos delinquentis  
aperiant quos inter  
uitia securitas caecabat

Torpens quippe animus  
percussione tangitur  
ut excitetur / quatenus  
qui statum suae rectitu  
dinis securis perdidit  
afflictus consideret  
quo laetit / Huic itaq;  
ipsa asperitas correc  
tionis origo fit luminis

Unde & p paulum dicitur

Omne quod arguitur  
alumine manifestat

Argumentum ergo salu  
tis est uis doloris

Hinc enim quod salo  
mon ait / Curatio  
cessare facit peccata

maxima / Tunc iterum  
dicit / Quem diligit  
omnis castigat / flagellat  
omnem filium quem  
recepit / Hinc uoce  
angelica ad iohannem  
omnis loquitur

Ego quos amo sed arguo  
& castigo / Hinc pau  
lus ait / Omnis autem  
disciplina in praesenti  
quiescit non uideatur esse  
gaudii sed meroris

Postea autem fructum  
pagatissimum & exi  
tatis per eam reddat  
iustitiae / quam uis  
ergo conuenire simul  
nequeant / dolor & bea  
tudo / Recte tamen  
nunc dicitur

**Beatus homo qui**  
corripitur a domino

Quia per hoc quod pecca  
tor dolore correptionis  
præmitur / quan  
doq; ad beatitudinem



24<sup>v</sup>  
quæ sine interuentu est  
doloris eruditur  
sequitur

**I**NCREPATIONEM  
ergo dñi ne reprobet

Quisquis per culpa percu-  
titur sed in querella  
sua percussione eleuat

**I**ncrepatione dñi repro-  
bat qui hanc iniuste  
se per pñi accusat

Qui autem non pro pur-  
gatione criminis sed  
pro fortitudinis pro-  
batione feriuntur

Cum causas suæ percus-  
sionis inquirunt ne-  
quaquam increpatione  
dñi reprobari  
dicendi sunt quia in  
sem&ipsis satagunt  
inuenire quod nesciunt

**U**nde & beatus iob ad  
libertatis uerba inter  
percussione uerba  
erumpens Tanto  
de se rectius iudicia

ferientis Interrogat  
quanto in se uerius  
causas passionis ignorat

**E**liphaz itaq; quia  
hunc percussum non  
probationis examine  
sed purgationis est  
mauit dum libere liter  
flagella loqueretur  
reprobasse dñi increpa-  
tionem credidit

Quem apte & iam heretico-  
rum tenere speciem  
diximus quomne  
quod a sc̃a ecclesia agi-  
tur Apud iudiciū suū  
semper ad uitium torti-  
tudinis inflectunt

Qui uero bona intentione  
ad loquendum ducitur  
sed non curat discesse  
se cui loquitur

**A**d huc supernæ dispen-  
sationis moderami-  
na p̃dicando sublun-  
git dicens

**Q**uia ipse uulnerat

**ET MEDETUR**

percutit & manus eius sanabunt

**Q**uobus modis omnipotens deus uulnerat quos reducere ad salutem curat. Aliquando enim carnem percutit & mentis duritiã suo pauore tabe facit.

**U**ulnerando ergo ad salutem reuocat cum electos suos affligit & exterius ut interius uiuant. Unde per moysen loquitur dicens. Ego occidam & uiuere faciam. Percutiam & ego sanabo. Occidit enim ut uiuificet & percutit ut sanet. Quia idcirco foras uerba ad mouet. ut intus uulnera delictorum curet. Aliquando autem & iam si flagella

exterius cessare uideantur. Intus uulnera infligit. Quia mentis nostre duritiã suo desiderio percutit. Sed percutiendo sanat.

quia **q**uia terroris sui laculo transfixos ad reusum nos reuerentiam reuocat.

**C**orda enim nostra male sana sunt. cum nullo dei amore sauciantur.

**C**um per peregrinationis sue ærumnã non sentiunt. Cum erga infirmitatẽ proximi nequãlibet minimo affectu languescunt. Sed uulnerantur. ut sanentur. quia amoris sui speculis mentes dei insensibiles percutit. Voxq; has accensibiles per ardorem caritatis reddat. Unde ei sponsa in canticis canticorum sum dicit.

Uulnerata caritate ego  
 sum; male enim sana  
 anima. atque in huius  
 oculi statim caeca secu-  
 ritate prostrata. nec  
 uidebat dñm nec uidere  
 requirebat. **P**ercus-  
 sum autem carita-  
 tis eius spiculis uulne-  
 ratur in intimo affectu  
 pietatis. ardens deside-  
 rio contemplationis.

**E**t mirò modo uiuifica-  
 tur & uulnere quæ  
 prius mortua lacebat  
 in salute. **E**t stuat  
 anhelat & iam uidere  
 desiderat quem fugie-  
 bat. **P**ercussione  
 enim ad salutem  
 reducitur. quæ ad se-  
 curitatē quidē in time-  
 amoris sui perturba-  
 tione reuocatur.

**S**ed cum sauciata mens  
 anhelare in dñm coepe-  
 rit. cum cuncta huius

mundi blandimenta  
 despiciens. ad superbiā  
 se patriam perdesioe-  
 rium tendit. **A**d temp-  
 tationē protinus uertitur.  
 quidquid amicū  
 prius in saeculo blandūq;  
 putabatur. **N**am qui  
 peccantem amare  
 consueuerant. **R**ecte  
 uiuentem crudeliter  
 impugnant.

**E**t effectus in dñm animus  
 carnis suæ bella tole-  
 rat. **I**n qua prius uitis  
 seruiens delectabiliter  
 lacebat. **V**oluptates  
 prisce ad memoriam  
 redeunt. & contra-  
 dicentē mentem graui  
 certamine affligunt.  
**S**ed quia dum transito-  
 rio labore atterimur.  
 a perpetuo dolore libe-  
 ramur. **A**pte sub-  
 iungitur.

**I**N SEX TRIBULATIONIB;

liberabit te & in septimo non tangit te malum

Quid enim senariam numeram quem septimus sequitur Nisi presentis uite operatio discursusque signat

Sexto quippe omnia perficiens hominem concedit & septimo die requieuit

Quis illic septimus uespere non habet quia subsequenter requiem nullus iam terminus claudit Perfectis ergo omnibus requies sequitur quia post bona uite presentis opera retributio aeternae quies inuenitur

In sex itaque nos tribulationibus dominus liberat ne in septima malum tangat Quia per patientiam pietatis eruditione presentis

uite labore nos atterit sed in aduentum iudicii auertere abscondit

Ut tanto tunc ad salutem certior exhibeat quanto nunc nos flagellat durius secant Qui apte mox & mala uite presentis & adiutoria supernae protectionis enumerans subdit

**IN FAME ERUET TE** de morte & in bello de manu gladii

Sicut fames casus est subtractum subsidium corporis Ita fames mentis est silentium diuinae locutionis

Unde recte per prophetam dicitur Emittam famem in terram non famem panis neque sitim aquae Sed fame audiendi uerbum dei

Quia humana mente cum diuina ad locutio

26<sup>v</sup>  
desertit. Contra eam  
temptatio carnis in  
ualescit. Apte  
subiungitur. & in  
bello de manu gladii,  
Bellum quippe patimur  
cum carnis nræ temp  
tationibus impugna  
mur. de quo nimisum  
bellam per psalmistam  
dicitur. Obumbra  
caput meum in die  
belli. Quia igitur  
reprobi dum famem  
uerbi deficiunt. & iam  
belli gladio transfi  
guntur. Electos  
suos dñs & infame  
amorte eripit. & in  
bello a gladio abscondit.  
Quia eorum mentes  
dum uerbi sui pabulo  
reficitur. Contra  
temptationes corpo  
ris fortes reddet.  
Sed sunt nonnulli quia  
si & diuino eloquio

ab interna se fame  
reficiunt. Silam contra  
temptationē praelia  
continentiæ uirtute  
fulciuntur. Adhuc  
tamen percuti humanis  
detractionibus mēiunt.  
Et sepe dum linguarum  
lacula formidant  
peccati se laqueo  
strangulant. Unde  
apte subditur.  
" **IN LACELLO LINGUE**  
absconderis.  
" Flagellum lingue est.  
exprobratio in late  
contumeliæ. Flagello  
linguæ bonos feriunt.  
qui eorum opera inri  
dendo persecuntur.  
Sæpe enim lingua abono  
opere dum uituperat  
seuocat. & quasi fla  
gellum se exerit. quia  
dorsum timide men  
tis cædit. Hoc flagel  
lum lingue electæ

mentē insidiari prophe-  
ta conspexerat cum  
superbum adiutorium  
pollicens dicebat

**J**preliberavit te de laqueo  
uenantium & a uerbo  
aspero. Tenantes  
enim nihil aliud quam  
castrem quaerunt

**S**ed auentantium laqueo  
atq; ab aspero uerbo  
eripimur quando  
& insidias carnalium  
& inrisionum probā  
despiciendo superamus.

**A**spera quippe eorum  
uerba sunt quae bonis  
nr̄is itineribus aduer-  
santur. Sed asperi-  
tatem uerbi euadere est  
inrisiones detrahen-  
tium dissimulando  
calcare. Sc̄a ergo  
anima a flagello  
linguae absconditur  
quia dum in hoc mun-  
do honorem laudis

non quaerit. nec contu-  
melias detractionis  
sentit. Sed sunt non  
nulli qui iam derogan-  
tium uerba despiciunt  
tam inrisiones proni-  
lo adtendunt. Adhuc  
tamen p̄enas corporis  
cruciatus per timescunt.

**A**ntiquus namq; aduer-  
sarius ut alecta inten-  
tione nos retrahat  
multiformiter in pug-  
nat. Quae temptatione  
nr̄am modo uerbi  
fame modo carnis  
cestamine modo fla-  
gello sermonis modo  
calamitates persecu-  
tionis adgreditur.

**S**ed quia perfectus quisq;  
cum in se ipso uicia  
uicerit. Statim men-  
tem & iam contra  
uulnera passionis  
accingit. A p̄te  
subiungitur

27

**ET NON TIMEBIS**  
 calamitatē cum uenerit.  
 S<sup>c</sup>i enim uiri quia contra  
 multa formem aduer-  
 sarium sepugnare con-  
 siderant. Semetipsos  
 incertamine multipli-  
 citer parant.  
 Habent enim contra  
 famem <sup>diuini</sup> uerbi pabulum.  
 Contra <sup>belli</sup> uerbi gladium.  
 continentiae scutum.  
 Contra flagellum lin-  
 guae. Protectionem  
 patientiae. Contra  
 exterioris calamitatis  
 damnum. Interni  
 amoris adiutorium.  
 Unde miro modo agitur.  
 ut quo eos hostis calli-  
 dus innumeratus temp-  
 tat. eo circumspecti  
 milites dī uirtutibus  
 ditiores fiant.  
 Et quia electi quique  
 dum praesentis uitae  
 certamina fortiter

tollerant. Interrose  
 sibi uenturi iudicii secu-  
 ritatem parant.  
 Recte subiungitur  
**IUSTITIAE ET IN**  
 fame ridebis.  
 Tunc quippe reprobi  
 iustitiam famemque  
 passuri sunt. cum  
 damnati extremo lu-  
 dicio ab aeterni panis  
 uisione separantur.  
 Scriptum namque est.  
 Tollatur impius ne uide-  
 at gloriam dī. & p  
 semetipsum dñs dicit.  
 Ego sum panis uiuus.  
 qui de caelo descendi.  
 Simul ergo <sup>eor</sup> iustitia  
 famesque cruciat. qui  
 non solum foras tor-  
 menta sentiunt. sed  
 intus & iam in aeterna  
 peste moriuntur.  
 Tastat gehennam. quia  
 concremat. Fames  
 interficit. quia suam

illis faciem redemp  
 tor abscondit  
 Bene namque retribu  
 tionem interius & te  
 riusq; recipiunt quia  
 & cogitando miseri &  
 operando deliquerunt  
 Unde bene per psalmis  
 tam dicitur  
 Pone eos ut clibanum  
 in ignis in tempore uultus  
 tui dñs mira sua con  
 turbabit eos & deuora  
 bit eos ignis. Quod  
 enim ab igne deuora  
 tur ab exteriori parte  
 accenditur. Clibanus  
 uero interius inflam  
 matur. In tempore  
 ergo uultus dñi iniusti  
 omnes & ut clibanus  
 ponuntur & ab igne  
 deuorantur  
 Qui apparen te iudice  
 cum auisione illius  
 eorum multitudo  
 repellitur & intus

per desiderium arde  
 conscientia & foris  
 carnem cruciat gehen  
 nam. Potest & iam  
 flagello lingue senten  
 tia ultimæ anim ad  
 uersionis intellegi  
 qua districtus iudex  
 dicit reprobis  
 Discedite a me male  
 dicti in igne æternum  
 qui paratus est diabolo  
 & angelis eius. Justus  
 ergo a flagello lingue  
 atq; calamitate ueni  
 ente absconditur  
 quia in tanta distric  
 tione sententiæ blan  
 de tunc iudicis uoce  
 refouetur cum dicitur  
 Esuriui & dedistis mihi  
 manducare. Sitiui  
 & dedistis mihi bibere.  
 Hospes eram & colle  
 gistis me. Nudus &  
 operuistis me. Infir  
 mus & uisitastis me.



In carcerem eram & uenistis ad me. Quibus premititur

„ Venite benedicti patres  
 „ mei possidete paratum  
 „ uobis regnum a constitutione mundi

In uastitate ergo & fame iustus ridebit quia cum iniquos omnes extrema ultio percutit ipse de gloria digne retributionis hilarescit.

Nec damnatis iam tunc ex humanitate comparatur quia diuinae iustitiae per speciem inherens inconcussa districtiois intimae uigore solidatur.

Rectas namque in claritate supernae rectitudinis electorum mentes nulla misericordia afficit quia has amiserunt altitudo beatitudinis alienas

*misericordia*

reddat. Unde bene etiam per psalmistam

dicatur. Ridebunt iusti & timebunt & super eum ridebunt & dicent. Ecce homo qui non posuit dominum adiutorem sibi. Iniquos enim iusti nunc uident & metuunt. Tunc uisuri sunt & ridebunt.

Quia enim modo ad eorum labi imitationem possunt hic habent formidinem. Quia uero damnatis tunc prodesse nequeunt illic non habent compassionem. Eterno itaque supplicio dedit non esse miserendum. In ipsa qua beati sunt iustitia iudicantis legunt. Quia quod suspicari fas non est qualitatem sibi perreptam felicitatis inminuunt.

in regnum positi uolunt  
 quod implere nequaquam  
 possunt. Sed quisquis  
 ad uite præcepta se  
 dirigit prius quam  
 præmia æterna præ  
 cipiat. hic iam initia  
 securitatis in perpetuum  
 securitatis degustat.  
 Ut tanquam hostem non  
 metuat. Ut interueni  
 ente mortis articulo  
 uiolentor eius impetūs  
 nullatenus porrescat.  
 Iustis namque initium  
 retributionis est. ipsa  
 plerumque in obitu  
 securitas mentis.  
 Hinc unde & recte  
 subiungitur  
**ET BESTIAM TERRÆ**  
 non formidabis.  
 Callidus quippe aduer  
 sarius. bestia terræ  
 dicitur. quia ad rapi  
 endas mortis tempore  
 peccatorum animas

uiolentia crudelitatis  
 efferatur. Quos enim  
 uiuentes blandiens  
 decipit. morientes  
 reuens rapit.  
 Quo contra de electorum  
 ecclesia per propheta  
 dñs pollicetur dicens.  
 Mala bestia non transi  
 bit per eam. Illi igitur  
 terræ bestiam morien  
 tes timent. qui condi  
 toris sui potentiam  
 uiuentes non timent.  
 Scī & enim uiri quia  
 diuinæ se formidant &  
 medullitus subdunt.  
 omne de aduentu ad  
 uersarii pondus timo  
 ris abiciunt.  
 Hinc est enim quod psal  
 mista dñm exorat  
 dicens. Ne quando  
 rapiat ut leo animam  
 meam. Hinc rursū  
 ait. Exaudi dñs  
 orationem meam.

„ cum tribulor. At amore  
 „ inimici eripe animam  
 „ meam. Quentes quip  
 „ pe perfecte timent  
 „ iudicem. nemorien  
 „ tes metuunt accusa  
 „ torem. Hinc bene  
 „ ergo dicitur. *Ecce ego  
 „ Et bestiam terrae non for  
 „ midabis. Ac si apte  
 „ diceretur. Qui ablan  
 „ diente hoste modo non  
 „ uiceris. hunc seuen  
 „ tem post modum  
 „ non timebis. Sed cum  
 „ bene uiuitur. ualde  
 „ cauendum est. nemens  
 „ despectis ceteris. glo  
 „ ria singularitatis  
 „ eleuetur. Unde apte  
 „ ad memoriam bonum  
 „ sociale reducitur. cum  
 „ protinus subinfertur.  
 „ **S**it cum lapidibus  
 „ regionum pactum tuum.  
 „ Quasi distincte in mun  
 „ do regiones sunt.*

„ ecclesiae gentium  
 „ que in una fide posite  
 „ mosum linguarumq;  
 „ diuersitate diuiduntur.  
 „ Quid ergo regionum  
 „ lapides. Nisi ecclesia  
 „ rum electos accipimus.  
 „ Quibus primi instructo  
 „ ris uoce dicitur.  
 „ Uos autem tamquam  
 „ lapides uiui super  
 „ edificamini. De quib;  
 „ scæ ecclesie per pro  
 „ phetam dñs pollicetur  
 „ dicens. Ecce ego  
 „ sternam per ordinem  
 „ lapides tuos.  
 „ Qui igitur recte uiuit.  
 „ pacto se lapidibus regio  
 „ num iungit. quia in eo  
 „ quod mundi desideria  
 „ superat. uitam suam  
 „ proculdubio ad scōrum  
 „ præcedentium imita  
 „ tionē ligat. Sed cum  
 „ a mundi actione  
 „ disiungitur. malignoni

red.

spūum impugnationes  
crescunt. Quæ tamen  
quomagis in merore  
quemquam atterunt.  
eo conditori humilius  
subdunt. Hinc unde  
& subditur

**E**T BESTIÆ TERRÆ  
pacifice erunt tibi.

**N**otandō prius quod  
non ait. pagate. sed  
pacifice. Videlicet  
non quia pacem ha-  
bent. sed quia pacem  
faciunt. Hostes quip-  
pe callidi dum insidi-  
antur affligunt. sed  
afflicta mens tanto  
magis ad æternam  
patriam reditum  
diligit. quantum in  
erumnoso exilio labo-  
riosius uiuit.

**E**t uerius se gratiæ suæ  
adiutoris humiliat.  
cum contra se insidias  
hostium acriter pensat.

30R  
**T**erræ ergo bestia paci-  
fice electa sunt. quia  
malignis p̄r cum bono-  
rum corda aduersan-  
ter deprimunt. hæc  
nolentes ad amorem  
dñi impellunt.

**I**nde ergo cum dō pax  
robustior oritur.  
unde nobis ab aduer-  
sariis durior pugna  
generatur. Possunt  
etiam per terræ besti-  
as motus carnis in-  
tellegi. quidum men-  
tem nr̄am in rationa-  
bilis suadendo later-  
sunt contra nos bes-  
tialiter insurgunt.

**S**ed cum cor sub diuina  
lege præmitur. etiam  
carnis incentiua de-  
tumescent. Et et-  
si temptando submur-  
murant. Nequaquam  
tamen usque ad effec-  
tum operum quasi

ad aperta morsus rapi  
 em exsurgant.  
**Q**uis enim adhuc in hac  
 corruptibili carne sub  
 sistens se plene edomat  
 cum ille ad tertium  
 caelum raptus egregius  
 praedicator dicat  
 " **I**deo aliam legem in  
 " membris meis. repug  
 " nantem legi mentis  
 " meae. & captiuum  
 " me ducentem in lege  
 " peccati quae est in mem  
 " bris meis. Sed alio  
 " est. has bestias in cam  
 po operis saeuientes  
 aspiciere. Aliud in tra  
 cordis caueam frenen  
 tes tenere. Redacta  
 namque in tra claustra  
 continentiae. & si ad  
 huc temptando rugi  
 unt. usque ad morsu  
 tamen ut diximus  
 actionis inlicitae non  
 excedunt.

**P**acificae itaque sunt terrae  
 bestiae. quia motus  
 carnis. & si per deside  
 ria palpitant. aperta  
 nos tamen contradic  
 tione operis non pug  
 nant. Quamuis per  
 hoc ipsum quod paci  
 fice dicuntur. & iam  
 id quod de malignis  
 spiritibus diximus non  
 inconuenienter accipit.

**M**otus & enim carnis  
 pacem nobiscum do  
 faciunt. cum temp  
 tando contradicunt.

**N**am iusti mens in eo  
 quod ad superna diri  
 gitur. ex corruptibili  
 corpore graui bello  
 fatigatur. Quae & si  
 quando a desideriis  
 celestibus huius mun  
 di quamlibet minima  
 delectatione tarda  
 tur. ipso bello sua  
 temptationis impellit.

31 R

Ut illud toto corde  
diligat. quod contra  
dictio nulla perturbat.

Unde fit ut quietem in  
timam ad memoria  
seuocet. & carnis sue  
inlecebras fugiens.  
ad illam pleno amore  
suspirat. Considerate enim ex tempta  
tione quisq; conpelli  
tur. Unde quocecidit.  
qui post quam pacem  
di deseruit. rixam  
sibi contra se exurgere  
sem&ipsum sentit.

Ut tunc uerius uidet de  
securadi delectatione  
quid perdidit. qui  
ad se dilapsus suam  
in se contumeliam  
inuenit. Pax enim  
ergo nobis terrae ber  
tiae faciunt. quia  
motus carnis dum  
nos temptando lacer  
siunt. ad amorem

quid&is intime Inpel  
lunt. Bene autem  
subditur.

” **ET SCIENS QUOD**  
” pacem habeat taber  
” naculum tuum

**I**n scriptura sacra  
aliter pax plena  
dicitur. Atq; aliter  
inchoata. Inchoata  
quippe ueritas disci  
pulis dederat. cum  
dicebat. Pacem  
relinquo uobis. pace  
meam do uobis.

” **E**t plena symeon desi  
” derauerat. cum exora  
” re & dicens. Nunc  
” dimittis seruum tuum  
” dne. secundum uerbu  
” tuum in pace.

**P**ax enim nra ex desi  
deriam conditoris  
Inchoatur. & mani  
festa autem uisione  
perficitur. Plena  
quippe tunc erit.

cum mens nra nec  
 ignorantia caecatur  
 nec carnis suae impug  
 natione concutitur,  
 Sed quia eius exordia  
 tangimus cum uel  
 mentem dō uel carne  
 menti subiugamus.  
 Tabernaculum iusti  
 habere pacem dicitur  
 quia uidelicet eius  
 corpus quod mente  
 inhabitat aperuer  
 sis desideriorum mo  
 tibus sub iustitiae dispo  
 sitione refrenatur.  
 Sed quid prodest percon  
 tinentiam carnem  
 restringere si mens  
 se per compassionem  
 nesciat in proximi  
 amore dilatare.  
 Nulla namque est casti  
 tas carnis quam non  
 commendat suauitas  
 mentis. Unde post  
 pacem tabernaculi

aperte subiungitur

“ **ET UISITANS SPECIEM**  
 tuam non peccabis,

Species quippe hominis  
 est alter homo.

Recte enim species nra  
 dicitur proximus  
 noster quia in illo  
 cernimus quid ipsi sumus.

Corporali enim uisita  
 tione ad proximum  
 gressu accessimus  
 spiritali uero non  
 gressu sed affectu  
 ducimur. Speciem  
 ergo suam uisitat  
 quisquis ad eum quem  
 similem sibi per natu  
 ram conspiciat passibus  
 amoris tendit.

Ut in altero sua conside  
 rans ex se ipso colligat  
 qualiter infirmanti  
 alteri condescendat.  
 Speciem suam uisitat  
 qui ut in se alterum  
 reficiat se in alterum

pensat. Hinc namq;  
 per moysen ueritas  
 cum gesta describeret  
 gerenda signabat  
 dicens. Protulit ter  
 ram herbam uidentem  
 & adferentem semen  
 iuxta genus suum.  
 Lignumq; faciens fruc  
 tum. & habens unum  
 quodq; sementem  
 secundum specie suam.  
 Lignum quippe secun  
 dum specie suam  
 semen protulit. cum  
 mens nra ex se consi  
 derationem in altero  
 colligit. & recti operis  
 germen parit.  
 Hinc quidam sapiens  
 dicit. Quod tibi  
 non uis fieri. aliq  
 nefeceris. Hinc  
 in euangelio dnr dicit.  
 Quae uultis ut faciant  
 uobis homines. & uos  
 facite illis.

Ac si aperte diceret.  
 Speciem uram in altero  
 uisitate. atq; ex uobis  
 me & ipsis cognoscite.  
 quid uos oporteat  
 aliis exhibere.  
 Hinc paulus ait.  
 Factus sum iudaeis. tam  
 quam iudaeus. ut iude  
 os lucrarer. & his  
 qui sub lege sunt. qua  
 si sub lege essem. cum  
 ipse non essem sub  
 legem. Ut eos qui sub  
 lege erant lucrifacerem.  
 Et his qui sine lege sunt.  
 quasi sine legem esse.  
 cum sine legem di non  
 essem. sed in lege esse  
 xpi. & paulo post.  
 Omnia omnibus factus  
 sum. ut omnes facerem  
 saluos. Neque enim  
 egregius praedicator  
 ut quasi iudaeus fieret.  
 ad perfidiam erupit.  
 Neque ut quasi sub lege



errā. ad carnale sacri-  
ficiū redit. Neque  
ut omnibus omnia  
fierē simplicitatē men-  
tis in erroris uarietate  
commutauit. Sed con-  
dicendo ad propin-  
quauit infidelibus  
non cadendo. ut uide-  
licet singulos in se susci-  
piens. & se in singulis  
transfigurans. con-  
patiēdo colligerit.

*in illi offere*  
*uoluntatē*  
S ita ipse utilis errā.  
quod impendi sibi ab  
aliis recte potuissē.

Et tanto uerius unicuique  
essenti concurrerit  
quanto salutis eius  
modum ex propria  
consideratione dedi-  
cissē. Bene ergo dicitur.

” **ET UISTIANS SPECIE**  
” tuam non peccabis.

Quia tunc peccatum  
plene uincitur. cū  
ex sua similitudine

unusquisque perpen-  
dit. quomodo in proxi-  
mi dilectione dilate-  
tur. Cum uero au-  
tius caro restringatur.  
cum mens uirtutibus  
exercetur. restat ut  
loquendo quisque doce-  
at uitam. quam mori-  
bus seruat. Ille namque  
uberis fructus prædi-  
cationis colligit. qui  
semine bone opera-  
tionis præmittit.

Unde post pacem ta-  
bernaculi. & speciei  
nr̄e uisitationem  
recte subiungitur.

” **SCIENS QUONIAM**  
” multiplex erit semen  
” tuum. & progenies  
” tua sicut herba terre.

Post pacem quippe  
tabernaculi post  
speciei nr̄e uisita-  
tionē semen iusti  
multiplex surgit.



Quia nimirum post  
 membrorum macera  
 tionem ac morum  
 magnitudinem tan  
 to ei facundius predi  
 cationis uerbis tribui  
 tur. quanto hoc in  
 eius pectore perfecti  
 operis exaratione  
 praeuenitur. Ille  
 namque bene loquen  
 di facundiam habet  
 qui sinum cordis per  
 recte uiuendi studia  
 extendit. Ne loquen  
 tem conscientia  
 praepedit. cum uita  
 lingua ante cedit.

Hinc est quod aegyptii  
 seruitio publico  
 Ioseph dispensante  
 subiecti. cum iure  
 regis semetipsos tra  
 dentes humiliant  
 frumenta & iam ad  
 semen reportant.

Frugem quippe ad aesu

& iam liberi accipimus  
 cum & sacro eloquio  
 passemur. & tamen  
 ad quaedam quae in hoc  
 mundo appetimus  
 in multis uoluptatibus  
 uagamur. Sed resur  
 facti & ad semen fru  
 menta percipimus  
 quia dum bene do sub  
 dimur. & iam uerbo  
 praedicationis replemur.

Et quoniam magna prolis  
 fidelium sequitur  
 cum scia praedicatione  
 praerogatur.

Post multiplici tatem  
 seminis. recte subiungit.

**ET PROGENIES TUA**  
 sicut herba terrae  
 Iusti progenies herbae  
 terrae comparatur  
 quia qui de eius limita  
 tionem nascitur  
 dum a sentem praesen  
 tis uitae gloriam  
 deserit. spe in aeterna

uindescit. Uel certe  
 iusti progenies sicut  
 herba ortus. quia dū  
 uiuendo monstrat  
 quod praedicando  
 asserit. multitudo  
 sequentium innumera  
 biles surgit. Sed quisq;  
 iam terrena desideria  
 despicit. quisquis se  
 per actus uitae opera  
 extendit. nequaquam  
 ei sufficit magna & te  
 rius agere. nisi & iam  
 per contemplationē  
 ualeat interna pene  
 trare. Unde & apte  
 protinus subinfertur.  
 " **I**NCREDIERIS IN HA  
 " bundantia sepulchri.  
 " sicut infertur aceruus  
 " tritici in tempore suo.  
 " Quid enim sepulchri  
 " nomine. Nisi contem  
 " platiua uita signatur.  
 " quatenus quasi ab hoc  
 " mundo mortuos

sepe lit. dum terrenis  
 desideris susceptor min  
 timis abscondit.

Ab aeternitate quippe uita  
 mortui & iam sepulta  
 per contemplationē  
 fuerant. quibus pau  
 lus dicebat. Mortui  
 enim estis & uita uŕa  
 abscondita est cum  
 xp̄o in dō. Actiua  
 quoq; uita sepulchrum  
 est. quia a prauis nos  
 operibus mortuos tegit.  
 Sed contemplatiua p  
 fectius sepelit. quia  
 a cunctis mundi actio  
 nibus funditus occidit.  
 Quisquis ergo iam in se  
 contumelias carnis  
 edomauit. de actiua  
 in contemplatiua eque  
 uita pulcher disputat.  
 super est ut mentem  
 per studia sc̄ae opera  
 tionis exerceat.  
 Et quisquis iam mentē

34R

per sc̄a opera dilatat  
 super est ut hanc usq;  
 ad secreta intime con  
 templationis extendat.  
 Neque enim perfectus  
 praedicator est qui  
 uel propter contempla  
 tionis studium operan  
 da negligit. Uel prop  
 ter operationis instan  
 tia contemplanda  
 post-ponit. Hinc est  
 enim quod abraham  
 coniugem mortuam  
 in sepulchro duplici  
 sepelit. Quia numi  
 rum perfectus quisq;  
 praedicator. & tincta  
 a praesentis uitae deside  
 ris. Animam suam  
 sub bone operationis  
 tegmine & contempla  
 tionis abscondit.  
 Et a carnali concupis  
 centia sub actiua  
 contemplatiuaque  
 uitae quasi insensibiles

latae. quae prius mundi  
 desideria sentiens  
 mortaliter uiuebat.  
 Hinc est quod humani  
 generis. redemptor.  
 per diem miracula  
 in urbibus exhibet.  
 & ad orationis studiu  
 in monte pernoctat.  
 Ut perfectis uidelicet  
 praedicatoribus innu  
 at. quatenus nec  
 actiuam uitam amore  
 speculationis funditus  
 deserant. nec contem  
 plationis gaudia pe  
 nitus operationis  
 nimietate contemp  
 nant. Sed quicūq; con  
 templantes sorbeant  
 quod occupati erga  
 proximos loquentes  
 refundant.  
 Speculando quippe  
 in diu amore surgitur.  
 Sed praedicando ad pro  
 ximi utilitate reditur.

34  
Unde apud moysen dum  
in sacrificio uacca  
mactatur offerri cum  
hyssopo lignoq; cedrino  
bistinctus. cocculus pre-  
cipitur. Uaccam quip-  
pe mactamus. cum  
carne a lasciuia sua  
uoluptatis extinguim;  
Quam cum hyssopo lig-  
noq; cedrino ac cocco  
offerimus. quia  
cum maceratione  
carnis sacrificium  
fidei spei & caritatis  
adolemus. Ysopus  
quippe interna nra  
mundate consuevit.  
Et per psalmum dicitur.  
Fidem mundans corda  
eorum. Lignum  
cedrinum nulla  
putridine defecit  
quia spem caelestium  
terminus non consu-  
mit. Unde & per  
psalmum dicitur.

Regenerauit nos in spem  
uiam. per resurrec-  
tionem ihu xpi ex mor-  
tuis in hereditatem  
in corruptibilem &  
incontaminatam  
& inmarcescibilem.  
Cocculus rubeo colore  
flammescit. quia  
quem implet caritas  
incendit. Unde &  
ueritas in euangelio dicit.  
" Ignem ueni mittere  
in terram. Sed bistinc-  
tus cocculus. offerri  
praecipitur. ut uide-  
at ante internu iudi-  
cis oculos. caritatis  
& proximi dilectione  
coloretur. Quatenus  
conuersa mens. nec sic  
pro amore di quidem  
diligat. ut curam  
proximi utilitatemq;  
postponat. Ne sic  
pro amore proximi  
occupata in se uat.

Ut quidem funoratus  
 desens ignem in se  
 super miramoris & tan  
 quatur. Quisquis ergo  
 semetipsum doctam  
 sacrificium obtulit  
 si perfecta desiderat  
 curset necesse est ut  
 non solum ad opera  
 tionis se latitudinem  
 Uerum & iam ad culmi  
 na contemplationis  
 extendat. Sed inter  
 haec magnopere senti  
 endum est. Quia ut  
 ualde inter se diuersae  
 sunt conspersionis  
 animorum. **N**onnulli namque homi  
 num ita otiose men  
 tes sunt. Ut si eos la  
 bor occupationis exci  
 piat. in ipsa operis  
 occupatione subcubat.  
**E**t nonnulli ita inquisi  
 ti sunt. Ut si uacatione  
 laboris habuerint

gravius laborent  
**Q**uia tantum deteriorer  
 cordis tumultus tole  
 rant. quanto eis  
 licentius ad cogitatio  
 nes uacant. **I**nde  
 necesse est ut ne quida  
 mens ad exercitacione  
 se inmoderati operis  
 dilata. Nec in quida  
 ad studium contempla  
 tionis angustat.  
**S**aepe enim qui contem  
 plari omni quida pote  
 rant. occupationibus  
 pressi ceciderunt.  
**E**t saepe occupati dum  
 bene humanis usibus  
 uiuerent. gladio suae  
 quida & tincti sunt.  
**H**inc namque est quod  
 nonnulli inquisi sps  
 dum plus & qui sunt  
 contemplando quam  
 capiunt. usque ad per  
 uersa dogmata esum  
 punt. **N**ouum ueritatis

discipuli esse humiliter  
neglegunt. magistri  
errorum fiunt.

Hinc per semetipsam

ueritas dicit.

Si oculus tuus dexter  
scandalizat te. erue  
eum & proice abste.  
bonum tibi est cum  
uno oculo in uitam intra  
re quam cum duos ocu  
los habentem mitti  
in gehennam ignis.

Quae quippe uitae actiua  
uidelicet & contempla  
tiua. Cum seruantur  
in mente quasi duo  
oculi habentur in facie.

Dexter namque oculus  
contemplatiua uita  
est. Sinister actiua.

Sed sunt nonnulli ut  
diximus. qui discere  
intueri summa & spa  
lia nequamquam pos  
sunt. & tamen alta  
contemplationis.

adsumunt. atque id  
circo in perfidie fouea  
intellectus prauo erro  
ris dilabuntur.

Hos itaque contemplatiua  
uita ultra uires adsump  
ta cogit aueritate  
cadere. quos in statu  
suae rectitudinis hu  
militer poterat sola  
actiua custodire.

Quibus recte hoc quod  
praefati sumus ueri  
tas dicit. Si oculus  
tuus dexter. Scanda  
lizat te. erue eum  
& proice abste.

Bonum tibi est cum uno  
oculo in uitam. Intra re  
quam duos oculos ha  
bentem mitti in gehennam  
ignis. Ac si aperte  
diceret. Cum ad con  
templatiua uitam  
idonea discretionem  
non sufficit. solam  
securius actiua tene.

Cumq; in hoc quod pro  
magno elegis defecis.  
eo contentus esto quod  
pro minimo attendis.

Ut si per contemplatiua  
uitam aueritatis cog  
nitione compelleris  
cadere. Regnum celo  
rum per solam actiua  
ualeas saltim luscus  
intrare. Hinc rursu  
dicit. Quis scandali  
zauerit unum de  
pusillis istis qui in me  
credunt. Expedit  
ei ut suspendatur  
mola asinaria collo  
eius & mergatur in  
profundum maris.

Quid per mare. Nisi  
saeculum. Quid per  
molam asinariam.  
Nisi actio terrena sig  
natur. Quae dum colla  
mentis per stulta  
desideria stringit  
hanc in laboris circuitu

36 R  
mittit. Sunt itaq;  
nonnulli. Quidam  
terrenas actiones  
deserunt. & ad con  
templationis studiu  
humilitate post posita  
ultra intelligentiae  
uises surgunt. Non  
solum se in errorem deici  
unt. sed infirmos quosq;  
agremio unitatis  
diuidunt. Qui ergo  
unum de minimis  
scandalizat. melius  
illi fuerat ligata ad  
collum mola asinaria  
in mari proici.

Quia nimirum per uerse  
menti. & pediculus esse  
potuiss. Ut occupata  
mundo terrena nego  
tia agere. quam  
contemplationis stu  
dia ad multorum per  
niciam uacare.

Rursum nisi quibusdam  
mentibus contemplatiua



uita potius quam acti-  
ua congruet. Ne-  
quaquam per psalmis-  
tam dñs dixerat.

„**Q**uacate & uide qm̄  
ego sum dñs. Sed in-  
ter hæc sciendum est.  
quia sepe & pigras  
mentes amor ad  
opus excitat. & in-  
quitas in contempla-  
tione timor refrenat.  
**A**nchora enim cordis  
est pondus timoris.  
& plerumq; fluctum  
cogitationum quat-  
tur. sed per disci-  
plinæ suæ uincla  
retinetur. Neque  
hoc tempestas suæ  
Iniquitatis ad nau-  
fragium pertrahit.  
quia in diuini amoris  
litore perfecta cari-  
tas astringit.  
**U**nde necesse est. ut  
quisquis ad contem-

plationis studia pro-  
perat. semetipsum  
prius subtiliter interro-  
get quantum amat.  
**M**achina quippe mentis  
est. uis amoris. quæ  
hanc dum amundo  
& trahit. In alta sustollit.  
**P**rius ergo discutiat.  
si summa Inquirit  
diligit. diligens timet.  
**S**i nouit Incognita aut  
amando conprehē-  
dere. Aut non conpre-  
hensa timendo uenerari.  
**I**n contemplatione  
& enim mentem si amor  
non excitat. teporis  
sui torpor obscurat.  
**S**i timor non adgrauat  
sensus hanc planitia  
ad nebulam meroris  
leuat. & cum clausa  
ei secretorum ianua  
tardius aperitur.  
ab ea longius ipsa sua  
p̄sumptione repellitur.

artoris.

Quia inrumpere appetit.  
hoc quod non inueniens  
quaerit. Cumque  
superba errore proue-  
ritate percipit. quo  
quasi intus gressum  
porrigit foris tendit.

Hinc est quod legem  
daturus dñs in ignem  
fumoq; descendit.

Quia & humiles per  
claritatem suam osten-  
sionis inluminat. &  
superborum oculos  
per caliginem erro-  
ris obscurat.

Prius igitur mens ab  
appetitu gloriae  
temporalis atq; ab  
omni carnalis concu-  
piscenciae delectatio-  
ne tergendae est. &  
tunc ad aciem con-  
templationis erigenda.

Unde & cum lex accipi-  
tur. populus a monte  
prohibetur.

Ut uidelicet qui infirmis  
adhuc mentibus terrena  
desiderant. conside-  
rare sublimia non  
presumant.

Ubi & recte dicitur.

Si bestia tetigerit  
montem lapidabitur.

Bestia & enim in monte  
tangit. cum mens  
inrationabilibus  
desideriis suborta ad  
contemplationis  
alta se erigit.

Sed lapidibus percuti-  
tur. quia summa  
non sustinens. ipsi  
superni ponderis icti-  
bus necatur.

Qui igitur culmen ad  
prehendere perfec-  
tionis nituntur. cum  
contemplationis  
axem tenere deside-  
rant. prius se in cam-  
po operis per excessi-  
tum probent.

ut solliciti sciant si mala  
 nulla iam proximis  
 inrogant si inrogata  
 a proximis æquanimi  
 ter portant. Si sub  
 iectis bonis tempora  
 libus nequaquam mens  
 læticia soluitur. Si sub  
 tractis non nimio  
 merore sauciatur.

*si subiectis*  
 Ac deinde perpendant  
 sicum ad se & ipsos  
 Intraorsus redeunt.  
 In eo quod spalia  
 rimantur nequaquam  
 secum rerum corpora  
 lum umbras trahunt  
 uel fortasse tractas  
 manu discretionis  
 abigunt. Si incitū  
 scriptum lumen uiderē  
 cupientes cunctas  
 cistum descriptionis  
 suæ imagines depri  
 munt. & in eo  
 quod super se contin  
 gere appetunt.

uincunt quod sunt.  
 Unde recte nunc dicitur.  
 „ **INCREDIERIS IN HA**  
 „ **BUNDANTIA SÆPULCHRŪ**  
 „ **Q**ui quippe perfectus  
 ssepulchrum in habun  
 dantia ingreditur.  
 quia prius actiue uitæ  
 opera congregat &  
 post modum casus  
 sensum per contempla  
 tionē mortuum huic  
 mundo funditus  
 occultat. Ubi &  
 apte subditur.

„ **SICUT INFERTUR**  
 „ **A**ceruus in tempore suo  
 actionis namq; tempus  
 primum est. contem  
 plationis & extremum.  
 Unde necesse est ut per  
 fectus quisq; prius  
 uirtutibus mentem  
 exerceat atq; hanc  
 post modum in horreū  
 quidam condat.  
 Hinc est enim quod

is quem legio demo-  
 num oño tubente de-  
 reliquit. A saluatoris  
 in pedes discedere cum  
 salutis auctore <sup>esse</sup> con-  
 cupiscit nolente

Sed tamen ei ipsa quae  
 salutem contulit  
 ueritas dicitur

R euertere primum in  
 domum tuam & narra-  
 quanta tibi fecerit dñs.

Cum enim quamlibet  
 parum de diuina cog-  
 nitione percipimus  
 sed ne ad humana  
 lam nolimus & pro-  
 ximorum necessitatib;  
 onera recusamus

Quidem contemplatio-  
 nis. quærimus. nihil est  
 aliud nisi hoc quod  
 sine labore refecit.  
 amamus. Sed sana-  
 tor nos ueritas. ad do-  
 mum mittit. narrare  
 quæ nobiscum acta

runt præceptis  
 U t uidelicet prius mens  
 & sudat in opere. &  
 post modum reficitur.  
 debeat per contem-  
 plationem. Hinc est  
 quod iacob pro rachel  
 seruit. & liam accepit.  
 ,, eiq; dicitur. Non est  
 ,, consuetudinis in terra  
 ,, nrâ. ut minor ser ante  
 ,, tradamus ad nuptias.  
 ,, quam maior

Rachel namque uisum  
 principium. Lia autem  
 laboriosa dicitur.

Et quid per rachel  
 nisi contemplatiua.

Quid per liam nisi  
 actiua <sup>uita</sup> signatur.

In contemplationem  
 quippe principium  
 quod dicitur est queritur.

In operatione autem  
 sub graui necessitate  
 fasce laboratur.

Unde rachel pulchra

\* reredir. uerba doct. tria cepit. & legiones suas simul.

sed stentis. Lia autem  
lippa est & fecunda. Quia  
nimirum mens cum contemplan-  
di otia appetit plus uide-  
sed minus dō filios  
generat. Cum uero  
ad laborem se prædi-  
cationis dirigit  
minus uide sed amplius  
pare. Post hæc  
ergo complexus ad  
rachelem iacob per-  
uenit quia perfectus  
quisq; ante actiua  
uitæ ad fecunditate  
iungitur & post con-  
templatiua ad sequie  
copulatur. Quia  
enim contemplatiua  
minor quidem tempo-  
re sed merito maior  
est quam actiua. In  
sacris euangelii uerbis  
ostenditur. In quo due  
mulieres diuersa egisse  
referuntur. actiua quippe  
redemptoris nri uerba audientia ad pedes illius sedebat.

Martha autem corpo-  
ralibus ministeriis  
insistebat. Cumque  
contra marie otio  
marthæ quereret  
audiuit. Martha  
marthæ sollicita es  
& turbaris erga plurima.  
Porro unum est neces-  
sarium. Maria  
optimam partem  
elegit quæ non aufer-  
retur ab ea.

Quid enim per maria  
quæ uerba dñi non  
recedens audiebat.  
Nisi contemplatiua  
uita & primitiua.  
Quid per martham  
prioribus obsequiis  
occupata. Nisi actiua  
signatur. Sed mar-  
thæ cura non re-  
henditur. marie  
uero & iam laudatur.  
Quia magna sunt actiue  
merita sed contēplatiue

potiora. Unde nec  
 umquam auferre pars  
 marie dicitur: quia  
 actiue uite opera  
 cum corpore transe  
 unt. Contemplatiue  
 autem gaudia melius  
 & sine conualescunt.

Quod bene ac breuiter  
 exzechiel propheta  
 exprimit cum uolan  
Qui imponit stulto silen  
tium iras mitigat,  
Qui autem multo loquio  
quisq; seruiens recti  
tudine iusticie tenere  
non possit, Testatur  
propheta qui ait,  
" Vir lingosus non dirigi  
" tur super terram,  
" Hinc salomon iterum  
" dicit, In multiloquio  
" peccatum non deerit,  
" Hinc esaias ait,  
" Custus iusticie silentii,  
" Videlicet indicans quia

mentis iusticia desolatur  
quando ab immoderata  
locutione non paratur,  
Hinc iacobus dicit,  
" Siquis putat se religiosū  
" esse non refrenans  
" linguam suam sed sedu  
" cens cor suum huius  
" uana est religio,  
" Hinc rursus ait,  
" Sit autem omnis homo  
" s uelox ad audiendum  
" tardus autem ad loquendū,  
" Hinc iterum adiungit,  
" Lingua inquitū ma  
" lum plena ueneno  
" mortifero, Hinc per  
" semetipsum ueritas ad  
" monet dicens,  
" Omne uerbum otiosum  
" quod locuti fuerint  
" homines, reddent ratio  
" nē de eo in diem iudicii,  
" Otiosum quippe uerbu  
" est quod aut ratione  
" iuste necessitatis aut  
" intentione pie utilitatis

78  
78R  
carē, Si ergo ratio  
de otio. Pro sermone  
exigitur. pensandum  
ualde est. quæ pena  
illum multiloquium se  
quitur. In quo & iam p  
superbiæ uerba peccat.  
Sciendum quoque est.  
S quod omni rectitudinis  
statu deperunt. qui  
pnoxia uerba dela  
bantur. Humana &  
enim mens. Aquæ  
more. & circum clausa  
ad superiora colligitur.  
quia illud repêit unde  
discendit. & relaxa  
ta deperit. quia se  
per infima inutiliter  
spargit. Quod enim  
superuacuis uerbis  
a silentii sui censura  
dissipatur. quasi tot  
rius extra se ducitur.  
Unde & redire interius  
ad sui cognitionem  
non sufficit. quia

per multiloquium & te  
rius & paruum inti  
me considerationis  
amittit. Totam se  
igitur insidiantis hostis  
uulneribus detegit.  
quia nulla se munitio  
ne custodiæ circum  
cludit. Unde scrip  
tum est. Sicut urbs  
patens. & absque  
murorum ambitu.  
Sic uir qui non potest  
in loquendo cohibere  
sp̄m suum. Quia enī  
morum silentii non  
habet. patet inimici  
laculis ciuitas mentis.  
Et cum se per uerba  
extra semetipsam  
eicit. aperta se aduer  
sario ostendit.  
Quam tanto ille sine  
labore superat. quan  
to & hæc eadem quæ  
uincitur. contra  
semetipsam multiloquiū

pugnat. Sed inter hæc  
 sciendum. Est. quia  
 cum pauore nimio alo  
 cutione restringimur.  
 Interdum plus quam  
 necesse est. intra claus  
 tra silentii coactamur.  
 Et dum linguæ vitia in  
 caute fugimus. occulte  
 & interioribus implicamur.  
 Nam sepe dum ab eloquio  
 in moderate conpesci  
 mur. graue multa  
 loquium in corde tole  
 ramus. Ut eo plus  
 cogitationes in mente  
 ferueant. quod illas  
 uiolenta custodia in  
 discreti silentii angustat.  
 Et plerumque tanto latius  
 defluunt. quanto se  
 esse securos aestimant.  
 quia foris a reprehē  
 soribus non uidentur.  
 Unde mens nonnumquam  
 in superbia tollitur.  
 eorumque quos loquentes

audit. quasi infirmos  
 conspiciat. Cumque or  
 corporis claudit. quantam  
 se uitam superbiendo ape  
 riat. non agnoscit.  
 Linguam & enim præmit.  
 cogitationem erigit.  
 & cum se per negligentiam  
 minime considerat.  
 tanto apud se cunctos  
 liberius. quantam & secre  
 tius accusat. Plerumque  
 autem nimis taciti.  
 cum nonnulla iniusta  
 patiuntur. eo in acro  
 rem dolorem prodeunt.  
 quo ea quæ sustinent  
 non locuntur.  
 Nam si in latas molestias  
 lingua tranquille diceret.  
 a conscientia dolor ema  
 naret. Vulnera enim  
 clausa plus cruciant.  
 quam cum putredo que  
 intrinsecus fuerit eicitur.  
 ad salutem dolor aperit.  
 Plerumque nimis taciti.

dum quorundam mala respiciunt. & tamen in silentio linguam premunt. quasi <sup>non</sup> conspectis uulneribus usum medicaminis subtrahunt. **E**o enim mortis auctores fiunt. quo uirus quod poterant eicere loquendo noluerunt. **U**nde & inmoderatum silentium si culpa non esset propheta non diceret. *Uae mihi quia tacui.* Quid ergo inter haec. Nisi studio se lingua sub magni moderaminis libratione frenanda est. non insolubiliter obliganda. **N**e aut laxata in uitium defluat. aut restricta & iam ab utilitate torpercat. Hinc namque per quendam dicitur. **S**apienter tacebit usque ad tempus.

**U**t nimirum cum oportunum considerat. postposita censura silentii loquendo que congruunt. In usum se utilitatis inpendat. **H**inc salomon ait. *Tempus tacendi. & tempus loquendi.* **D**iscere quippe uicissitudinum pensanda sunt tempora. Ne aut cum restringi lingua debet. per uerba se inutiliter soluat. Aut cum loqui utiliter potest. semetipsam pigra restringat. **Q**uod bene psalmista considerans breui postulatione complexus est. *Pone dñe custodiam ori meo & ostium cisternae labiis meis.* Ostium namque aperitur

asi infirmo  
Cum  
clauore  
superbient  
agnosc  
enim  
nem  
negleg  
miserat  
concord  
am  
Veru  
tacit  
mista  
in uero  
prodeunt  
tinent  
molesti  
quille  
dolor  
lulnera  
cruciat  
puncta  
fuerit  
ad

79<sup>v</sup> & clauditur

Qui ergo ori suo nequa  
quam poni obstaculum  
sed ostium petit

Aperite docuit quod &  
per disciplinam retin  
neri lingua debeat  
& & necessitate laxari

Quatenus os discretum  
& congruo tempore  
uox aperiat & rur  
sum congruo taci  
turnitas claudat

Quod quia uel amici  
beati iob uel omnes  
heretici quorum  
hi speciem tenent  
seruare nesciunt  
Inuentum uerba pro  
ferre perhibentur

Quia nimirum dicta  
quae discretionis  
pondus non solioat

dura  
leuitatis  
portat

EXPLI  
LITIB  
SEPTI  
MVS  
INIPIIT  
LIBER  
OCTA  
BUS



80R

**R**ECEDENTE  
IAO LIBELLO  
TRACTAUIOVS

quod beatus Iob uim  
nobis suae humilitatis  
innotescit dicens

**S**UPER PUPILLIAM  
Inruis & subuertere  
nitimini amicū uſm

**Q**UANTE NAMQUE  
Infirmis se per  
pendat insinuat que  
pupillum uocat

Quia uero ab amore  
recedere & iam leſa  
caritas nescit & sub  
uertere uelle se quaeritur  
& tamen amicum se  
esse testatur

Cuius uerba ut saepe iam  
diximus sic eidem  
specialiter congruunt  
ut tamen phæc & pro  
phæico spū & iam sen  
tentiae fidelis populi  
& uoce ecclesiae

uniuersalis & primant  
**Q**ui hereticorum con  
trarietate tolerans  
& infirmum se per hu  
militate conspicit  
& tamen a seruande  
dilectionis magnitu  
dine non recedit

**S**cæ quippe ecclesie  
populus quia mortui  
patris est filius pupil  
lus non incongrue  
dicitur cuius resurgen  
tis uitam iam quidem  
per fidem sequitur  
sed necdum per specie  
contemplatur

**S**up pupillum uero  
heretici inruunt cum  
humilitate fidelis po  
puli inportunis fal  
sisq; alligationibus  
affligunt. **U**tamen  
amicus est quem  
nituntur euertere  
quia fidelis di popu  
lus ipsos quoq; quos



persequentem tolerat  
amando non desinit ad  
ueritatem uocare

Sed inter haec sciendum  
est. quia sci uiri nec  
sustinere falsa per in-  
firmi tatem mouunt  
nec lesi umquam a ueri-  
tate conticescunt

Unde & subditur

**VERUM TAMEN**  
quod cepistis & placere  
prebere aurem & uidere  
an mentiar

Quia enim aduersa  
proprie non timet dicat  
Verum tamen quod  
cepistis & placere

Quia uero ipse suis per-  
secutoribus ueritatis  
praedicamenta non  
subtrahit adiungat  
Prebere aurem & uidere  
an mentiar. Ac si  
aperte diceret

Nec ante inlatas moles  
tias trepido. Nec

ingratis auditoribus  
correctionis adiutoria  
abscondo. Quia & ma-  
lis pressus & exerceor &  
ipsis meis persecutoribus  
benigne impensus cresco

Mens quippe sanctorum in  
hoc temptationum  
prelio & munita patien-  
tiae clypeo & gladius  
amoris accincta ad per-  
ferenda mala sumit  
fortitudinem & ad repe-  
tenda bona exercit  
benignitatem

Quatenus & odiorum  
tela potenter excipiat  
& amoris lacula ualen-  
ter reddat. Nequaquam  
quippe ad bella arma-  
tus pergit. qui clypeum  
sumens gladius non  
utitur. Unde & miles  
dei aduersitatis bello  
deprehensus & scutum  
patientiae debet ante  
ferre ne pereat

† aut ueris gladius. clipeo non munitur.

& predicandum promp-  
 tus amoris inferre  
 lacula ut uincat  
 Cuius armaturae summa  
 breuiter paulus insi-  
 nuat dicens, Caritas  
 patiens est benigna e,  
 Cum uero unum & utroq;  
 defuerit, caritas non  
 est, Si uidelicet malos  
 aut absq; benignitate  
 tolerans non amat.  
 Aut rursus sese sine  
 patientia exhibens  
 negligit tolerare  
 quos amat, Ut ergo  
 a nobis caritas uera  
 teneatur, Necessse est  
 quatenus & benigni-  
 tate patientia, & rur-  
 sum patientia benigni-  
 tatis suffragetur,  
 Ut magnus quoddam  
 in corde nro aedificiu  
 congruens, & benigni-  
 tatis axem patien-  
 tia solidet, & patientie

fundata aedificia benigni-  
 tatis & omnia,  
 Beatus igitur Iob promp-  
 tus ad patientiam dicat,  
 Verum tamen quod coe-  
 pistis & plae, Benig-  
 nitate praeditus ad-  
 iungat, Praebere  
 aurem & uide an men-  
 tiar, Quia uero sca  
 ecclesia & magisterio  
 humilitatis instituta  
 rectaque errantibus  
 dicit, Non quasi & auc-  
 toritate praecipit  
 sed & ratione psuadet,  
 Bene nunc dicitur  
 Uide an mentiar,  
 Ac si aperte dicat,  
 Ea quae assero nequa-  
 quam mihi & auctori-  
 tate credite, sed an  
 uera sint & ratione  
 pensate, Quae & si  
 quando dicit quod  
 ratione comprehendi  
 non ualeat, ne de occultis

humana ratio quæri  
 debeat rationabiliter  
 suadere. **S**ed sepe  
 heretici dum occa-  
 sionem ratiocinationis  
 accipiunt ad iurgia con-  
 tentionis effrenantur.  
**U**nde & apte mox subdit.  
**R**ESPONDETE OBSE-  
 cro absq; contentione.  
**N**eq; enim heretici in-  
 quisionibus suis ueri-  
 tate conantur adsequi  
 sed uictores uideri  
**C**umq; foris ostentent  
 sapientes appaunt  
 intus per stultitiam  
 relationis suæ uinculis  
 ligantur. **U**nde fit  
 ut contentionum cer-  
 tamina sequantur &  
 de dō qui pax nr̄a est  
 loqui pacifice nesciunt.  
 Atq; & pacis negotio  
 rixę inuentores fiunt.  
**Q**uibus bene p̄ paulum  
 dicitur. **S**i quis autē

„ uiolenter contentiosus esse  
 „ nos talem consuetudinē  
 „ non habemus neque  
 „ ecclesia dī.  
**R**ecte autem subditur,  
**ET LOQUENTES IO-**  
**quod iustum ē iudicate.**  
**H**IS NAMQ; QUI LOQUI-  
 tur dum diuersis suis  
 auditoris sententiam  
 expectat quasi eius  
 iudicio supponitur  
 a quo auditur.  
**Q**ui igitur indictis suis  
 reprobari meretur ipse  
 prius debet examinare  
 quod dicit quatenus  
 inter aures & linguā  
 æquus quidam discre-  
 tusq; arbiter se deat.  
**S**ubtiliter pensans si  
 recta uerba cor offerat  
 quæ utiliter suscipiens  
 ad auditorum iudiciū  
 lingua perducatur.  
**B**eatus igitur iob sua  
 contra amicos agens

Sed contra hereticos  
 nra denuntians. Pre  
 cipitatione loquentiu  
 reprehendat. atq; ad eos  
 mentem uerba recolat  
 dicens. Loquentes  
 id quod iustum e iudicate.

**A**csi aperte diceret  
 sineo quod ad nos per  
 egressum locutionis  
 scitis reprehendi non  
 uultis. Intus iustitiae  
 libram tenete.

**U**t tanto foris quod di  
 citur exueritatis pon  
 dere placeat. quanto  
 hoc interius trutina  
 discretionis pensat.

**E**t quia hi erga aliena  
 dicta rectum iudiciu  
 exerunt. qui iudicare  
 prius propria sciunt.

**P**ost quam dixit loquen  
 tes id quod iustum e  
 iudicate.

**A**pxe mox subdit

**ET NON INUENIETIS**

“ In lingua mea Iniquita  
 tem. Nae In faucibus  
 meis stultitia pronauit.

“ **A**csi aperte diceret  
 Si subtilius ura ppenditis  
 uerius aliena pensatis.  
 & cum rectum ceperit  
 esse quod dicitis. iustum  
 cognoscitis quod audistis.

**N**equaquam quippe mea  
 uobis lingua stultitiam  
 resonat. Si auria consci  
 entia non procedat.

**S**ic sca ecclesia studet  
 prius assertiones hostiu  
 falsas ostendere. & tunc  
 praedicamenta uerita  
 tis aperire. Quia cu  
 recta se tenere aestimant.  
 Recta quae audiunt  
 contumaciter Impugnant.

**A**n te ergo necesse est  
 ut errorem suum he  
 retici sentiant. Ne  
 audita ueritati contra  
 dicant. Quia & cam  
 porum sentes si arator

82<sup>v</sup>  
uomeris scissione non  
eruit. terra accepta  
semina in segete producit.  
Cum putredinem medi-  
cus uulneris aptione  
non eicit. Nequaquam  
in loco putredinis sana  
caro coalescit. Prius <sup>et</sup>  
peruersa destruens dicat.  
Loquentes id quod iustum  
est iudicate. Post autem  
recta insinuans adungit.  
Et non inueniatis in lin-  
gua mea iniquitatem.  
Nec in faucibus meis  
stultitia personauit.  
Solent autem heretici  
alia aperte dicere. alia  
in occultis tenere.  
Per linguam quippe apta  
locutio. per fauces  
uero occulta tracta-  
tio designatur.  
Sane ergo ecclesie nec  
in lingua iniquitas  
Nec stultitia in faucibus  
resonat. Quia ea

que per publicam locu-  
tionem predicat. etiam  
plurimam fidem seruat.  
Nec in aperto aliud docet.  
Atque in occultis aliud  
resinat. Sed et que  
sentit loquendo docet.  
et quod loquitur uiuendo  
custodit. Ne de sapi-  
entiae supernae conuiuio  
quidquid per linguam  
predicationis emanat.  
hoc per fauces tacite  
expectationis degustat.  
Sed beatus iob. unum  
scilicet membrum uni-  
uersalis ecclesie sua  
insinuans. atque electo-  
rum omnium corda  
manifestans. omne  
quod sentit aperiat.  
Ut mentis eius secreti  
nem ad testatio locu-  
tionis innotescat.  
Se qui tur  
" **MILITIA EST UITA**  
" hominis sup terram.

83  
p39  
Hoc in loco translatione  
uideri nequaquam mili-  
tia uitae hominis. sed  
temptatio uocatur.

Sed si utriusq; uerbi sen-  
sus aspicitur. diuersum  
quidem est quod exte-  
rius resonat. sed unū  
eundemq; concorditer  
Intellectum format.

Quid enim nisi pugna  
contra malignos sp̄s.  
nomine temptationis  
exprimitur. Et quod  
appellatione militiae.  
Nisi contra hostes exerci-  
tium designatur.

Temptatio itaq; ipsa  
militia est. Quia dū  
contra malignorum  
sp̄um insidias uigilat.  
In bellorum procinctū  
procul dubio exiit.

Notandum uero quod  
haec eadem uita homi-  
nis non temptationē  
habere dicitur. sed

ipsa temptatio esse per-  
hibetur. Sponte quip-  
pe abstatū conditionis  
lapsa. & corruptionis  
suae putredine suborta.  
dum sibi & semetipsa  
molestias gignit. hoc  
est iam facta quod  
tolerat. Quia enim  
statum mentis inclinata  
deseruit. quod in se nisi  
motū uarietatis inuenit.

Unde nunc & si ad summa  
appetenda se erigit.  
mutabilitatis lubricae  
impulsu. protinus a semet-  
ipsa cadit. Vult in con-  
templatione stare.  
sed non ualeat. Cogita-  
tionis gressum figere  
nritur. sed infirmita-  
tis suae lapsibus enervatur.

Quae nimirum mutabili-  
tatis suae onera. quae  
uolens expedit. nolens  
portat. Quisquis ho-  
mo possidere carnem

83<sup>v</sup>  
potuit. Si bene ab aucto-  
re conditus possidere  
uoluisset. Cumque  
se erigere contra condi-  
torem studuit. In se me-  
ipso protinus contume-  
liam inuenit. Sed quia cum culpa simul  
Saborigine & iam pena  
propagatur. In se to-  
infirmitatis uitio nas-  
citur. & quasi nobiscum  
hostem deducimus. que  
cum labore superamus,  
Ipsa ergo hominis uita  
temptatio est. cui &  
ipsa nascitur. unde  
perimatur. Quae & si  
semper & uirtute succē-  
dit. quod & infirmitate  
generat. Semp̄ tamen  
& infirmitate generat.  
quod & uirtute succidat.  
Sic itaq; humana uita  
temptatio est. Ut & si  
iam ab iniquitatis per-  
p̄ratione conpescitur.

In ipsis tamen bonis operi-  
bus. modo malorum  
memoria. modo seduc-  
tionis caligine. modo  
Intemptationis suae Inter-  
ruptione fuscatur.  
Alius namq; a luxoria  
iam carne frenat. sed  
tamen adhuc luxoriae  
fantasmata tolerat.  
Quia que uolens fecit.  
Horum Inuitus meminit.  
& penam sustinet. quod  
uoluntate putauit.  
Quia uero ad deuictam  
culpam retrahi meuit.  
uentrem mire abstinē-  
tia uigore restringit.  
Uultusq; & abstinentia  
pallerecit. Cumque  
in facie pallor aspicitur.  
Reuerenda ab hominib;  
uita laudatur.  
Moxq; inanis gloria ab  
abstinentis animum  
cum uerbis fauoris uenit.  
quam concussa mens

84k

dum subicere non ualeat  
 eum per quem uenerat  
 tergere a facie pallorē  
 querit. Sicq; fit ut  
 infirmitas tunc nexibus  
 ligata. aut pallorem  
 abstinentiæ fugiens  
 iterum p̄ alimenta  
 subditi luxoria emoluat.

**A**ut impulsus luxoriæ  
 per abstinentiam  
 superans. pallorē suū  
 inani gloriæ militare  
 pertimescat.

**A**lius lapsus superbiæ  
 superans. toto iam de  
 siderio statum humili  
 tatis adprehendit.

**C**umq; superbientis  
 quosdam usq; ad oppres  
 siones innocentium  
 erumpere conspicit.  
 zeli exercitatione suc  
 census. post ponere

**A**liquatenus cogitatur quod  
 decreuit. uim rectitu  
 dinis & erit. prauisq;

non mansuetudine  
 sed auctoritate contra  
 dicitur. Unde plerūq;  
 fit. ut aut humilitatis  
 studium. zelum rectitu  
 dinis deserat. aut nrsu  
 zelum rectitudinis  
 turba & humilitatis stu  
 dium quod tenebat.

**C**umq; seruari simul &  
 zeli auctoritas. & propo  
 sitionis humilitas non  
 possit. sibi & ipsi homo  
 & per turbatione incog  
 nitus redidit. Ita ut  
 uehementer ambigat.  
 ne apud se ductū animū  
 aut supbiam se auctori  
 tate zeli insinuat. aut  
 torpor pauidus humili  
 tate fingat.

**A**lius quanta sit fallacie  
 culpa considerans. mu  
 nire a se ueritatis  
 decernit. Ut & ore iam  
 falsus sermo non pro  
 deat. seseq; funditus



Amendacii transgressione disiungat. Sed fit plerumque utcum ue- rum dicitur. Vita proxi- mi grauetur. Cumque ingerere alteri lesionem exiit ad hoc quod dudum prefferat fallacie uitium quasi ex studio <sup>pietatis</sup> recedit. Sicque fit ut & si malitia mentem non tenet. In ea tamen ueritatis radii umbra mendacii obscu- ra. Unde & sepe quia peccantatus quisque con- tificere non ualeat aut falsum dicens sua mentem trucidat aut uere loquens proximi uitam grauat.

Alius amore conditoris excitatus a terrenis cogitationibus mentem curat. assidua oratione suspendere atque hanc in secreta quidem intime securitate conlocare.

Sed in ipso sua orationis ascensu dum eleuare ab infimis nititur. Infirmum fantasmatum reuerberatur. Atque ad inueniendam lucem mentis oculos tenditur. Sed ex corporeo usu surgen- tibus terrenorum imagi- nibus obscuratur. Unde & fit plerumque ut intendens animus. ipsa sua infirmitate fati- gatur. Aut orationem deserens desidia torpeat. Aut si diu in oratione per- manserit. ante eius oculos <sup>imperfectum</sup> occultarum ima- ginum caligo densificat. Bene ergo dicitur. „Temptatio est uita homi- nis sup terram. Quando ibi quoque seati- discensionis inuenit. ubi se prouectum con- prehendere ascensionis putauit. Unde mens confunditur. Unde

85  
PSA  
surgere a confusione  
nitebatur. Ut phoc  
ad semetipsam diuerbe  
rata redeat. per quod  
semetipsam iam collecta  
& equo ad unata tran  
siebat. Iste ab erudi  
tione diuinæ legis alie  
nus. ignorantia sua  
deprimatur. ne quod  
optinende salutis ope  
ratur inuenit. Ille  
diuinæ legis scientia  
præditus. dum sibi præ  
cæteris gaudet intellectum  
supplicere. Quia pri  
uato gaudio exultat.  
percepti intellectus  
in se munera dissipat.  
& inde in iudicio cæteris  
dæterior exhibetur. unde  
clarior cæteris ad tem  
pus ostenditur.

Hunc quia uirtutum  
dona non subleuant.  
& iam uiam simplicem  
rectitudinis declinat.

Et uelut extraneum se  
a cælesti munere depu  
tant. quasi eo securius  
praua agunt. quo superni  
doni sublimia munera  
non percipit. Illum  
prophætiæ sps replet  
ad præsentia subleuant.  
eique uentura queque  
iam præsentia ostendit.

Sed dum sæpe & in multis  
super semetipsum tollit.  
ut futura ueraciter con  
templatur. Mens in  
sui confidentia deducta  
eum qui haberi semper  
non potest. semp sibi  
ad esse prophætiæ spm  
æstimat. Cumque  
quod senserit prophætiã  
putat. quia sibi hanc  
& cum non habet tribuit.  
& in quantum habere  
potuit amittit.

Sicque fit ut inde post  
Saliorum merita tristis  
redeat. redeat. Unde æstimatione

85  
omnium l&us preibat.  
Temptatio ergo est  
uita hominis sup terra.  
Quæ aut aliena a uirtu  
tibus ad caelestia p̄mia  
surgere non ual& aut  
ditata bonis sp̄alibus.  
aliquando d&erius &  
occasione uirtutū ruit.  
Quia autem paulo supe  
rius hoc esse tempta  
tionē quod malitiam  
diximus. Sciendum  
summo opere est quod  
quidam nobis appella  
tione malitiæ amplius  
quam nomine tempta  
tionis innuitur. hoc  
namq; n̄ro intellectui  
&pressione militiæ  
aug&ur. Quod nimi  
rum per militiam ad  
finem cotidie tenditur.  
cumq; per ordinem  
militiæ locus crescit  
toto  
tota simul hominum <sup>hominum</sup>  
militia def&cit.

Militia ergo est uita homi  
nis super terram.  
Quia sicut superius dixi  
mus. Unus quisq; dum  
cotidie ad uitæ terminū  
per augmentum tendit.  
augendo uitam uiuere  
desin&. Dies quippe  
&pectat ut ueniant.  
Sed cum ad augmentū  
uitæ ueniunt. iam ab  
augmentum uitæ  
subtrahuntur.  
Quia &errantis gressus  
dum in anteriora pro  
f&cit. quod restat ter  
decrescit. Uita ergo  
n̄ra militia est. quæ  
quod ad augmentum  
ducitur. eo ut non sit  
finitur. Bene igitur  
<sup>dicit</sup> militia ē uita hominis  
sup terra. Quia dum  
p̄spatia temporum  
crescere app&it ab eo <sup>dam</sup>  
spatium quod per den  
do coll&git. crescendo

pertransit. Unoc  
 apte quoque ipse militie  
 cursus & primitur cum  
 protinus subinfertur.

**ETSICUT** dies mer

mercenarii dies eius,

**D**ies suos mercenari  
 rius euolui citius &  
 optat. Ut ad laboris sui  
 premium sine tardi  
 tate perueniat.

**D**ies itaque hominis uera  
 & eterna sapientis  
 recte diebus mercenarii  
 comparantur. Quia  
 presentem uitam  
 uiam non patriam  
 militiam non palmam  
 deputat. Ne se  
 abesse longius a premio  
 conspiciat. Quotardius  
 ad finem uenit.

**C**onsiderandū quoque est  
 quod mercennarius in  
 alienis laboribus & su  
 dat. Sed tamen sibi  
 premium proprium

preparat. Uoce autē  
 redemptoris dicitur.

Regnum meum non est  
 de hoc mundo.

**O**mnes ergo qui spe cæles  
 tiū predicti & exercitio  
 uite presentis ac teri  
 mur. In alieno laboramur.

**N**am saepe & reprobis ser  
 uire cogimur. mundo  
 quæ mundi sunt reddere  
 coartamur. In alieno

quidem labore fatiga  
 mur. Sed tamen præ  
 mia nra percipimus.

**E**t phos peruenimus ad  
 propria quoque pure  
 ministramus aliena.

**Q**uo contra quibusdam  
 ueritas dicit.

Si in alieno fideles non  
 fuistis quod uestrum  
 est quis dabit uobis.

**S**ciendum quoque est  
 quod mercennarius  
 sollicite curat inspicere.  
 ne unquam dies uacuis

15

labatur, ab opere  
 & expectatur finis tem-  
 poris. ne inanis ueniat  
 ad remunerationem.

**I**n laboris namq; studio  
 conspicit. quid peti-  
 pere. In tempore remu-  
 nationis possit.  
 Nam cum opus crescit.  
 praeui fiducia perficit.  
 Cum uero opus torpue-  
 rit. spes ad remunera-  
 tionem lassescit.  
 Unus & electus quisque  
 uitam suam quasi mer-  
 cenarii dies pensans.  
 Tanto fidentius spe-  
 tendit ad premium.  
 quanto nunc robustius  
 perdurat ad laboris in-  
 clementiam. Quisit  
 decursus praesentis  
 temporis pensat. dies  
 cum operibus numerat.  
 Ne labore uacua tran-  
 seant uite momenta.  
 formidat. aduersis

gauo & passione refici-  
 tur. merore refouetur.

Quia subsequenti uite  
 praemium. tanto se remu-  
 nerare largius conspicit.  
 quanto praemore  
 illius cotidianis se mortib;  
 uerius inpendit.

**H**inc namq; est quod ciues  
 supernae patriae condi-  
 tori eius psalmiste uocib;

dicunt. Propter te  
 morte adificimur tota  
 die. Hinc paulus ait.

Cotidie morimur prop-  
 ter uera gloria fratres.

Hinc iterum dicit.

Obquam causam haec pa-  
 tior. sed non confundor.

Scio enim cui crededi &  
 certus sum. quia potens  
 est depositum meum  
 seruare in illum diem.

Sic igitur uiri quod labo-  
 res nunc ueritati con-  
 mendantur & exhibent  
 tot iam remunerationis

suae pignora Intra spei  
 cubiculum clausa tenent,  
**S**ed etiam grauis nunc  
 sentitur aestus In opere.  
 Ut quandoq; refrigerium  
 percipiatur & quidem,  
**U**nde & apte subditur,  
**S**icut seruus desiderat  
 umbram & sicut mer-  
 cennarius praestolatur  
 finem operis sui. Sic &  
 ego habui menses ua-  
 cuos & noctes laborio-  
 sas enumeravi mihi,  
**U**mbram quippe seruo  
 desiderare est. post  
 temptationis aestum  
 sudoremq; operis aeter-  
 ni refrigerii requiem  
 querere. Hanc namq;  
 umbram seruus ille desi-  
 derauerat quid dicebat,  
**S**itiuit anima mea ad  
 domum uiuum. quando  
 ueniam & parebo ante  
 faciem domini. & rursu,  
**H**eu me quod incolatus

meus prolongatus est,  
**Q**ui quasi ad labore agri  
 aestum fugiens atq;  
 ad optinendam requiem  
 refrigerii tegmen qua-  
 rens iterum dicens,  
**I**ngrediar in locum  
 tabernaculi admirabi-  
 lis usq; ad domum dei,  
**H**anc umbram comprae-  
 hendere paulus anhela-  
 bat. desiderium habens  
 dissolui & cum xpo esse,  
**N**o hanc umbram & desi-  
 derii iam perfectione  
 peruenerant quidice-  
 bant. Nos qui porta-  
 uimus pondus diei  
 & aestus. Bene autem  
 qui desiderare umbram  
 dicitur. Seruus uocat,  
**Q**uia electus quisque  
 quo usq; infirmitatis  
 conditione constri-  
 gitur. Sub dominantis  
 corruptionis iugo  
 quasi sub aestus

87  
Anxietate redimetur,  
Quia nimirum cum  
corruptione & utis  
fuerit tunc sibi  
ipsi liber & tranquillus  
innotescit, Unde &  
recte & iam per pau-  
lum dicitur.

„ Ipsa creatura liberabitur  
„ a seruitute corruptio-  
„ nis in libertate glorie  
„ filiorum dei. Electos  
enim nunc pena cor-  
ruptionis adgrauat.  
Sed tunc in corrup-  
tionis gloria exultat,  
& quantum ad presen-  
tis necessitatis pon-  
dera. Nunc in dei filios  
de libertate nihil  
ostenditur. Tanti  
uero ad subsequens  
libertatis gloriam  
tunc dei famulis deser-  
uitute nihil appa-  
rebit. Creatura  
ergo seruitute

corruptionis & utis &  
dignitate libertatis  
accepta in filiorum  
dei gloriam uertitur.  
Quia unita deo per spiritum  
quasi hoc ipsum quod  
creatura est transis-  
se ac subigisse decla-  
ratur. Sed qui ad-  
huc umbra desiderat  
seruus est. quia quo-  
usque aestu temptatio-  
num tolerat. Iugum  
misere conditionis  
portat. Ubi apte  
subditur. Et sicut  
mercennarius pres-  
tolatur finem operis  
sui. Mercennarius  
& enim cum facienda  
opera conspicit men-  
tem protinus & lon-  
ginq; & pondere  
laboris addicit.  
Cum uero ad asserentem  
animum ad conside-  
randum operis premiū

reuoocat. uigorem mox  
animi ad exercitium  
laboris reformat.

Et quod graue perpen  
sat & opere leue

æstimat & remunera  
tione.

Sic electi  
quique iudicum mundi  
huius aduersa patiuntur.

Cum honestatis contu  
melias. rerum damna  
cruciatus corporis  
tolerant. esse graui

æquibus & percentis  
pensant.

Sed cum  
mentis oculos ad æter  
næ patriæ considera  
tionem tendunt. &

comparatione p̄mii  
quam sit leue quod pa  
tiuntur inueniunt.

Quod enim ualde esse  
inportabile & dolore

ostenditur. conside  
ratione prouida &

remuneratione leuigat.

Hinc est quod paulus

semp se ipso robustior  
contra aduersa erigit.

quia nimirum finem  
sui operis. sicut mercen  
narius præstolatur.

Græue namq; quod susti  
n& æstimat. sed leue

hoc propriæ mii consi  
deratione pensat.

Ipse quippe quam sit  
græue quod patitur.

Indicat. qui in carcerib;  
habundantius. In pla  
gis supra modum

in mortibus frequen  
ter se fuisse testatur.

Qui ad uoxis quinquies  
quadragenas. una  
minus accepit.

Qui ter uirgis cæsus. se  
mel lapidatus est.

Ter naufragium pas  
sus. nocte & die in pro  
fundo maris fuit.

Qui pericula fluminū  
latronum & genese.

& gentibus. In ciuitate



insolitudine in mari in  
falsis: fratribus p[er]tulit.

Qui in labore & erumna  
in ieiunio multis in fame  
& siti in frigore & nudi-  
tate laboravit.

Qui foris pugnat inuis  
timores sustinuit. qui  
ultra vires grauatum  
se assertit. dicens

Supra modum grauatus  
sumus supra uirtutem  
ita ut tederet nos & iam  
uiuere. Sed quomodo  
remuneratio[n]is.  
linter sudoris. tantus  
laboris terget. ipse de-  
nuntiat dicens

Non sunt condigne pas-  
siones huius temporis  
ad futuram gloriam.  
que reuelabitur in nobis.

Finem itaque operis quasi  
mercennarius preste-  
latur. qui dum prouec-  
tum remuneratio[n]is  
considerat. uilet.

existimat. quod p[er]ne-  
deficiens laborat.

Ap[er]te autem subditur.

**Sic et ego habui**  
mensis uacuos. & noctes  
laboriosas enumerauimus.

Electi quippe conditori  
serum seruiunt. & saepe  
serum inopia coangus-  
tantur. Per amorem  
o[mn]ino inherunt. & tamen  
subsistentia uitae presen-  
tis egent. Qui igitur  
passiones suas presen-  
tia non quaerunt  
amundi conpendis  
uacuos menses ducunt.

Noctes quoque laboriosas  
tolerant. qui aduersi-  
tatum tenebras. non  
solum usque ad inopiam.  
Sed saepe usque ad corpo-  
ris cruciatum portant.

Dispectum namque egesta-  
temque. per p[er]p[et]ui laborio-  
sum bonis mentibus  
non est. Sed quo usque

ad afflictionē carnis  
aduersitas uertitur  
labor procul dubio &  
dolore sentitur.

Potest etiam non incon-  
uenienter intellegi quod  
sc̄s quisq; menses uacuos  
sicut mercennarius  
ducit. Quia laborem  
tam sustinet. sed præ-  
mium necdum tenet.

Hoc tolerat. illud expectat.

Noctes uero laboriosas  
enumerat. quia aduer-  
sitates sibi presentis  
temporis sepe in uirtu-  
tib; exercendo coacerbat.

Nam si proficere in men-  
te non appetit. minus  
fortasse aspera que  
mundi sunt sentit.

Que tamen sententia  
si a uocē sc̄e ecclesie  
ducitur. Intellectus eius  
paulo subtilius indaget.

Ipsa quippe uacuos men-  
ses habet. que in infimis

89 R  
suis terrenas actiones  
absq; uite premio de-  
fluentes sustinet.

Ipsa noctes laboriosas  
enumerat. que in mem-  
bris fortibus. multipli-  
ces tribulationes portat.

In hac & enim uita quedam  
laboriosa sunt. quedam  
uacua. quedam uero  
uacua simul & laboriosa.

Amore quippe condito-  
ris presentis uite tribu-  
lationibus exerceri. la-  
briosum quidem est.  
sed uacuum non est.

Amore autē sæculi uolup-  
tatib; solui. uacuum  
quidem est. sed non  
laboriosum. Amorem  
uero eiusdem sæculi  
aduersa aliqua perpessi.  
& uacuum simul & labo-  
riosum. Quia & aduer-  
sitate mens afficitur.  
& remunerationis præ-  
mium non repletur.

89<sup>v</sup>  
In his itaq; sc̄a ecclesia.  
qui in ea iam positi ad  
huc uoluptatib; deflu  
unt. & pro inde fructu  
boni operis nonditantur.  
Menses uacuos ducit.  
quia uitae temporaria  
sine retributionis munere  
expendit. In his uero  
qui aeternis deside  
riis dediti mundi huius  
aduersa patiuntur.  
Laboriosas noctes enu  
merat. quia tribula  
tionum tenebras. quasi  
in caligine uitae praesen  
tis portat. In his autē  
qui & transeuntē mun  
dum diligunt & tamen  
eius contrarietate  
fatigantur. Simul  
menses uacuos. & noc  
tes laboriosas tolerat.  
quia eorum uitae retri  
butio subsequens nulla  
remunerat. & praesens  
tribulatio angustat.

Recte autē nequaquam  
dies. sed in eis menses  
uacuos habere se phibet.  
Mensuum quippe nomine  
dierum collectio & sum  
ma signantur.  
Per diem ergo unaquaeq;  
actio & primum potuit.  
per menses autem actio  
num finis intudur.  
Et saepe cum in hoc mundo  
aliquid agimus. In  
tenta spei alacritate  
suspensi. hoc ipsum quod  
agimus uacuum non  
putamus. Sed post  
quam ad actionum  
terminum puenimus.  
non optinentes quae  
appetimus. laborasse  
nos in uacuum dolemus.  
Non solum igitur dies.  
sed menses uacuos  
ducimus. cum nos in  
terrenis actib; sine  
fructu laborasse. non  
& actionum principio

90R

sed sine pensamus .  
**C**um enim labores nr̄os  
 aduersitas sequitur  
 quasi uitae nr̄e uacui  
 menses arguuntur .  
**Q**uia & conplatione alio  
 num agnoscitur . quam  
 frustra in actionibus  
 sudabamus . Sed quia <sup>trada bar</sup>  
 In sacro eloquio non  
 numquam nox pro  
 ignorantia ponitur  
 Paulo ad testante . qui  
 uentura uitam scien  
 tibus discipulis . dicit .  
**O**mnes uos filii lucis estis  
 & filii diei . Non sumus  
 noctis neq; tenebrarū .  
 quibus praemisit .  
**U**os autem fr̄s non estis  
 in tenebris . ut uos dies  
 illa tamquā fur conp  
 hendat . Potest hoc  
 in loco & eorum prona  
 uox sc̄ae ecclesiae accipi  
 qui post ignorantiae suae  
 caliginem ad amorem

rectitudinis redeunt  
 & ueritatis radus in lur  
 tratq; fl&ib; diluunt  
 quod errauerunt  
**I**n luminatur & enim  
 quisq; respic& quam  
 turpe fuerit . quod pre  
 sentis uitae amore  
 laborauit . **I**n eis ergo  
 sc̄a ecclesia in quibus  
 ad uitā reuertitur  
 laborem suum aestuanti  
 seruo . & desideranti  
 finem merennario  
 comparat . dicens .  
**S**icut seruus desiderat  
 umbram . & sicut mer  
 cennarius praestolatur  
 finem operis sui . Sic  
 & ego habui menses  
 uacuos . & noctes labo  
 riosas enumeravi mihi .  
**I**n comparatione & enim  
 duo sunt quae praemisit .  
 In expressione & iam  
 fatigationis . duo pro  
 tinus subdit .

90<sup>v</sup>  
No est uanem quippe  
menses uacuos reddi  
dit. quia quo magis  
æternū refrigerium  
queritur. eo magis  
conspicitur. quam uacue  
pro ista uita laboratur.

Pro prestolantē uero  
laboriosas noctes sub  
intulit. quia quo ma  
gis & termino operis  
præmium quod adse  
quamur. inspicimus.  
eo magis ingemiscimus  
diu nos nescisse quod  
querimus. Unde &  
ipsa pænitentis cura  
uigilantē exprimitur.  
ut laboriosas noctes  
enumerasse diceretur.

Quia quanto uerius ad  
dñm reuertimur. tanto  
subtilius labores quos  
p ignorantia in hoc  
mundo ptulimus do  
lendo pensamus.

Nam quo unicuique plus

dulce fit. quod de æter  
nis desiderat. eo et  
magis graue ostendi  
tur. quod pro presentiu  
amore tolerabat.

S uero ad solam historia  
sequentia uerba pensan  
tur. per hæc procul  
dubio animus dolentis  
& exprimitur. qualiter  
p diuersos modos desi  
derii mestitia impellen  
te uariatur.

Nam subditur.

” **S**I DORMIERO DICAM  
” quando surgam. &  
” rursus & spectabo uesperam.

I N NOCTE quippe dies  
queritur. In die uespera  
desideratur. Quia  
nimirum dolor non  
pmitte placere que  
ad sunt. Cumque  
mentem p experimen  
tum presentiu adficit.  
semper hanc quasi conso  
lantem desideriam

ad alia per expectationē  
tenorē. Sed quia & af-  
flicta mens per appe-  
titum. & tamen dolor  
eius & iam seductus  
desideriis non finitur.  
Recte sub iungitur.

**R**EPLEBOR DOLORIB;  
usque ad tenebras.

**C**AUSA AUTEM EIUDEM  
doloris & primitur  
cum protinus subinfert.

**I**NDUTA EST CARO  
mea putredine & sor-  
dibus puluerē. cutis  
mea aruit. & contracta ē.

**S**ed haec subtilius con-  
gruentiusq; differimus.  
si ad praemissae & posi-  
tionis ordinem redeamus.

**S**omno namq; torpor  
otii. surrectione autē  
& exercitatio actionis &  
primitur. Uespere  
quoq; nomine quia  
somnia congruit. sur-  
sus otii desiderium

figuratur.

**S**cā uero ecclesia quousq;  
uita corruptionis ouerit  
flere mutabilitatis suae  
damna non desinit.

**N**ohoc namque homo  
conditus fuerat. ut  
stanti mente in artem  
se contemplationis  
erigeret. & nulla hunc  
corruptio a conditoris  
sui amore declinaret.

**S**ed in eo quod ab ingeni-  
ta standi soliditate  
uoluntatis pedem  
a culpa mouit. ad elec-  
tione conditoris inse-  
mā ipso protinus cecidit.

**A**more uero dī. ueram  
scilicet stationis artem  
deserens. Nec in se con-  
sistere potuit. quia  
lubricae mutabilitatis  
impulsu. Infra semper  
per corruptionem  
proruens. & iam  
a se ipso dissensit.

Qui nunc quia conditio  
 nis suae soliditate non  
 figitur. Alternantis  
 semp desiderii motu  
 uariatur. Ut & quidam  
 actione desiderat &  
 occupatus ad otio  
 anhelat. Quia enim  
 fixa mens stare cum  
 potuit noluit. stare  
 iam non ualeat & iam  
 cum uolet. Conditio  
 nis quippe sui contem  
 platione deserens  
 salutis suae fortitudi  
 ne perdidit. & quo  
 libet posita semper  
 egra alium locum que  
 rit. Varietate ergo  
 humanae mentis & pri  
 mens dicat.

Si dormiero dicam  
 quando surgam. &  
 rursus expectabo ues  
 peram. Ac si aperte  
 dicere. Nil precep  
 tum mentis sufficit.

quia ipsum qui uere  
 sufficere potuit amisit.  
 In somno namque surrec  
 tione desidero. In sur  
 rectione uesperam expecto.  
 Quia & quidam exercitium  
 actionis appetit &  
 exercitatus otium quidam  
 quero. Quod tamen  
 intellegi & aliter potest.  
 Dormire namque est  
 in peccatis iacere.  
 Si enim somni appellatio  
 culpa non esset. Nequa  
 quam paulus diceret.  
 Vigilate iusti & nolite  
 peccare. Unde & au  
 ditorem suum ammo  
 nat dicens. Surge  
 qui dormis. & exurge  
 a mortuis & in lumina  
 bit te xps. & rursus.  
 " Hora est iam nos de som  
 " no surgere. Unde  
 " & salomon peccante  
 " increpabat dicens.  
 " Usquequo piger dormis.

**E**lectus igitur quisque  
 cum peccati somno  
 p̄mititur. Ad iustitiæ  
 uigilias surgere conat̄.

**S**ed sæpe cum surrexe-  
 rit ipsa se extolli mag-  
 nitudine uirtutum  
 sentit. Unde & temp-  
 tari se presentis uitæ  
 aduersitatibus post  
 uertutes desiderat.  
 Ne peius & confiden-  
 tia uirtutum cadat.

**S**i enim seruari se melius  
 p̄temptati onem  
 non cognosceret.  
 Nequaquam psalimis  
 ta diceret. Proba-  
 me dñe & tempta me.

**B**ene ergo dicitur.

**S**i dormiero dicam quan-  
 do surgam & rursus  
 expectabo uesperam.

**Q**uia & peccati somno  
 lumen iustitiæ quæri-  
 tur. Ut cum uirtutum  
 prospera mentem

elevant. Ad uitæ aduer-  
 sitas desideratur. ut pro-  
 fecto animus cum uir-  
 tutum suarum gaudio  
 plus quam debet ad tollit̄  
 per contrarietatem p̄-  
 sentis uitæ. edicto merore  
 solidetur. Unde & ne-  
 quaquam formidabo  
 uesperam dicitur. sed ex-  
 pectabo. Expecta-  
 mus & enim prospera  
 formidamus aduersa.

**U**ir igitur iustus uespe-  
 ram expectat. quia  
 cum exerceri hunc tri-  
 bulatione necesse est  
 ipsa ei fit aduersitas  
 prospera. Potest  
 uespere nomine. & iam  
 peccati temptatio de-  
 signari. Quæ sæpe  
 tanto acrius mentem  
 laceret. quanto & ean-  
 dem mentem sp̄s ad su-  
 perbia atque euehit.

**N**equaquam namque

m qui uere  
 p̄mititur amittit  
 natus surrex  
 uenit in uir  
 uespere  
 dicitur dicitur  
 appo. &  
 ut cum p̄  
 uo tamen  
 dicitur peccat  
 anq. est  
 uacere  
 ni appella  
 nem. Nequa  
 dicitur  
 h & nocte  
 Unde dicit  
 uum amittit  
 uir. Surgit  
 rmi. dicitur  
 ur & in lam  
 pr. & uir  
 taminor  
 gere. Un  
 mon p̄  
 xibe  
 quod



Sic in hac uita per exerci-  
tationē iustitiæ peccatū  
deseritur. Ut in eandē  
iustitia Inconcusse  
maneatur. Quia & si  
iam a cordis habitaculo  
culpam rectitudo eli-  
māt. ipsa tamen cul-  
pa quæ se pellitur. co-  
gitationis nræ foribus  
ad sidens. ut sibi aperia-  
tur pulsat.

Quod moyses quoque  
sp̄aliter innuit. cum  
facta corporaliter  
temporum momenta  
narravit dicens.

Facta est lux <sup>mane</sup>. Atque  
paulo post subiciens.  
factum est uespere.  
Creator quippe omnium  
humane culpe præsciens.  
tunc expressit in tempo-  
re quod nunc uersatur  
in mente. Lux quippe  
ad uesperum ducitur.  
quia nimirum lumen

rectitudinis. umbra sequit̄  
temptationis.

Sed quia electorum lux  
temptatione non extin-  
gitur. Nequaquam  
nox <sup>se</sup> uespera facta  
perhibetur. Quia  
nimirum sæpe temp-  
tatio in corde rectorū  
lumen iustitiæ abscon-  
dit. sed non interimit.

Quasi ad pallorem trepi-  
dationis pertrahit.  
sed funditur non extin-  
gitur. Electi ergo  
post somnum  
surrectionē appolunt.  
posturrectionem  
uesperā præstolantur.

Quia & de peccato ad iusti-  
tiæ lumen euigilant.  
& ipso iustitiæ lumine  
positi. semp se contra  
inlecebras temptationū  
parant. Quas nimirum  
non timent. sed expect-  
tant. quia utilitati.

suae rectitudinis. & iam p  
temptamenta proficere  
non ignorant.

Quanta libet autem con  
tra corruptionem sua  
virtute conderint.  
habere integram salu  
tem nequeunt. quousq;  
dies presentis uitae  
finitur. Unde & sub  
ditur.

**ET REPLEBOR DOLORIB;**  
usque ad tenebras.

Modo namq; aduersa  
Inruunt. modo ipsa  
quoq; prospera callida  
hilaritate blandiunt.  
modo surgentia uitia  
bellum carnis excitant.  
modo deuicta animu  
ad elatione uocant.

Bonorum igitur uita  
usq; ad tenebras dolo  
rib; repletur. quia  
quousq; tempus corrup  
tionis agit. Interna  
& externaq; afflictione

concurritur. & salute  
securitatis non inuenit.  
Nisi cum die funditur  
temptationis relinquit.  
Unde bene & haec eadem  
dolorum causa protu  
nus subinfertur cum dicitur.

**I**NDOTA EST CARO MEA  
putredine. & sordib;  
pulueris.

Ut enim paulo superi  
us diximus soliditate  
Ingenita cum uolunta  
ri e homo deseruit  
& sese in uoragine  
corruptionis mersit.

Unde nunc uel per Inmun  
da opera labitur. uel  
per cogitationes inlici  
tas faclatur. Ut enim  
ita dixerim culpae suae  
paenaliter subdita. ipsa  
iam natura nra facta  
est extra naturam.  
& remissa usq; ad per  
uersa opera ducitur.

Restricta autem

peruersorum operum  
 Inportuna cogitatione  
 fuscatur. Per exple  
 tionē ergo actionis in  
 licite carne putredo  
 afficit. Per leuitatē  
 uero cogitationis impro  
 be quasi ante oculos  
 puluis surgit. Consen  
 tiendo uitis putredine  
 at terimur. Uitiorū  
 uero imagines in corde  
 tolerando sordibus pul  
 ueris fœdamur.

“ **N**it ergo. **I**noua est  
 “ caro mea putredine &  
 “ sordibus pulueris.

“ **N**esi aperte diceret  
 Carnalem uitam quam  
 patior. aut tabes lubri  
 ce operationis pollent  
 aut scuitiorum memo  
 ria. caligo misere cogi  
 tationis premit.

“ **Q**uod tamen si ex uoce  
 ecclesie uniuersalis  
 accipimus. Aliquando

hanc proculdubio carnis  
 putredine. Aliquando  
 autē grauari sordibus  
 pulueris inuenimus.

“ **M**ulti quippe in ea sunt  
 quidam amore carnis  
 inserviunt. fœtore  
 luxurie computrescunt.

“ **E**t sunt nonnulli qui  
 auioluptate quidem  
 carnis abstinent. Sed  
 tamen tota mente in  
 terrenis actibus iacent.

“ **D**icat ergo sc̄a ecclesia  
 unius membri sui uocibus  
 dicat. quid de utroque  
 genere hominū tolerat.

“ **I**noua est caro mea  
 “ putredine & sordibus  
 “ pulueris. **N**esi apte  
 insinuauit dicens.

“ **S**unt plerique qui mihi  
 per fidē membra sunt  
 sed tamen sana uel  
 quimunda pactionem  
 non sunt. Quia aut  
 uicti desideris turpibus

ad corruptionis putredinem defluunt. autu terrenis actibus dediti puluere consperguntur,

**I**n illis enim quos lubricos tolero. carnem uidelicet & putrescentem gemo.

**I**n istis autem quos terrenam querentes patior. quid aliud quam foedam puluerem porto

**U**nde & apte simul de utrisque subiungitur.

**C**utis mea aruit & contracta est.

**I**n scilicet quippe ecclesie corpore. hi qui solis & exterioribus curis inseruiunt. congrue cutis uocantur. Quae nimirum cutis arescendo adtrahitur. quia mentes carnalium dum praesentia diligunt. & quasi iuxta posita concupiscunt. ad futura tenentur per longanimitatem

nolunt. Quidum in terrena spe pinguedine negligunt. ut adtrahatur are. fiunt.

**Q**uam si horum corda desperatio non siccat. Nequaquam adestur haec pusillanimitatis adtrahere. Hanc namque adtractionem psalmista formidauerat. cum siccitate mentis inueniens dicebat. Sicut adipe pinguedinis repleatur anima mea.

**A**d ipsi quippe pinguedinis animam repleat. cum hanc contra praesentium desideriorum aestum. supernae spei infusio refouet. Cutis ergo arescens adtrahitur. cum cor in exterioribus deditum. atque desperatio siccatum. In ductoris sui amore non tenentur sed

calubrio car  
e aliquando  
uari foribus  
inuenit  
pe in  
umore car  
te. fere  
on putredin  
nulli qui  
quidem  
ment. Sed  
ta mente in  
cat. licet  
sa. ac defu  
m. su uoc  
de utroque  
nu. tale  
t. caro me  
me. d. s. r.  
r. A. d. i.  
d. d. i. c. e. n. t.  
eriq. qu  
de. mem  
amen. s. u.  
oa. p. a. z. a.  
sunt  
o. d. e. n. t.

In semetipso ut ita dixerim rugosa cogitatione replicatur. Pensandum uero est quod carnales mentes iocisto praesentia diligunt. quia uita carnis. quam fugitiua fit. minime ppendunt. Nam si uelocitate transiatur eius aspicerent hanc & iam prosperante minime amarent. Sc̄a autem ecclesia In electis suis cotidie quantum sit. rebus exterioribus cursus conspiciat. & iocisto in hinc pedem sollicitate intentionis figit. Unde & apte subditur.

” **D**ies uelocius  
 ” transierunt quam  
 ” atescente tela  
 ” succiditur.

Congrua. ualde similitudine. tempus carnis telae comparatur.

Quia sicut tela filis. sic uita mortalis diebus singulis proficit. sed quo augmentum percipit. ad incisionem tendit.

Quia sicut & superius diximus. cum tempora accepta praetereunt. uentura breuiantur.

Et de uniuerso uitae spatio. eo fiunt pauciora quae ueniunt. quam multa sunt quae transierunt.

Tela quippe infra supraque ligata duobus lignis innectitur ut texatur. Sed quo inferius texta inuoluitur. eo superius texanda deplacatur.

Et unde ad augmentum multiplicat. Inde fit minus quod restat.

Sic nimirum uitae nostrae tempora & transacta quasi inferius inuoluitur. & uentura a superiora deplacamus.

Quia quod plus fuerit  
præterita minus esse  
incipiunt futura

Sed quia nec tela ad  
pressionem nri temporis  
sufficit. Nam eius quoque  
festinatione uitæ nre  
uelocitas transit

Recte nunc dicitur  
Dies mei uelocius tran  
sierunt quam at texen  
te tela succiditur

Tela quippe tarditate  
proiectus habet. uita  
autem præsens mora  
defectus non habet

In illa namque cum labo  
rantis manus figitur  
aduentus terminus  
elongatur. In ista  
uero quia tempus de  
sinens. In desinenter  
consumimus. ad finem  
nri tenemur. Et iam quies  
cendo peruenimus  
& percursum nri transi  
tur. Et iam dormientes

Imur. Electi igitur  
quia presentis uitæ  
momenta decurrere  
sub festinatione conspi  
ciunt. Nequaquam  
in hoc tantæ mobilitatis  
tanere cordis inatten  
tionem figunt. Unde &  
apte protinus subditur

**ET CONSUMPTI SUNT.**  
absque ulla spe

Reprobos uero mens  
erga dies uitæ præsen  
tis tanto tempore constin  
gitur. At sic semper hic  
apparent uiuere. qua  
tenus si ualeant uiuen  
di cursum desiderent  
numquam finire

Cogitare quippe uentura  
despiciunt. Spem totam  
in sebus transeuntibus  
ponunt. habere nulla  
nisi que prætereunt  
concupiscunt

Cumque nimis transeuntia  
cogitant. & mansura

Nullatenus sperant  
 sic cœcitate insensibili  
 cordis oculos clauditur.  
 Ut æternæ lucis nulla  
 tenus intendatur.

**U**nde fit ut sepe iam  
 corpus molestia qua  
 tiat & uicina mors  
 uirtutē uitæ sp̄s in  
 cidat. N& tamen  
 curare quæ mundi sunt  
 desinant. Jamq; eos  
 ultor ad iudicium per  
 trahit. & tamen ipsi  
 orationes sollici  
 tant. Rebus transe  
 untibus occupati. Nil  
 aliud cogitant. Nisi  
 in hoc mundo adhuc  
 qualiter uiuant.

**R**elinquenda omnia  
 quasi possidenda dis  
 ponunt. Quia spes  
 uiuendi non frangit  
 & iam cum uitæ termi  
 nat. Jam ad iudi  
 cium trahuntur per

sententiã. & tamen  
 adhuc habendis rebus  
 inherent per curam.

**O**uræ & enim mentē  
 ab esse mori longe  
 credatur. & iam cum  
 sentatur. Sicq; a car  
 ne anima soluitur.  
 Ut erga presentia in  
 moderato amore se  
 retinens. cum ad æter  
 num supplicium duci  
 tur. hoc ipsum quoq;  
 nesciat quo ducatur.  
**E**t desiderans quæ amare  
 cum termino noluit.  
 Repente sine termino  
 inuenit. quæ numquã  
 præuoluit. **A**t con  
 tra rectorum mens  
 ad æternitatis inten  
 tionē tenditur. & iam  
 cum præsens eam  
 feliciter uitæ comitat.  
**M**agna carnis salute  
 uitatur. N& tamen  
 eius fiducia animus



Reardatur. Nullum  
 adhuc mortis articulum  
 erumpit & quasi prae  
 sentem hanc cotidie  
 conspiciet. Quia enim  
 uita indefinenter labi  
 tur. Spes uiuendi fun  
 ditus amputatur.

Bene ergo diebus praete  
 reuntibus dicitur.

Consumpta sunt absque  
 ulla spe. Ac si aperte  
 diceretur. Mentis  
 fiduciam in presenti  
 uitam non posui. quia  
 omne quod praeterit  
 ypo Schrite post  
 quam magnis uirtutibus  
 exercuerunt. quia cauere  
 malignorum spuū  
 insidias neglegunt &  
 celari in eisdem uirtu  
 tibus nolunt. Bona  
 sua ostendendo hostiū  
 faciunt & prodentes  
 subito amittunt quid  
 quid diutius studentes  
 operantur, Hinc p  
 psalmistam dicitur,  
 ” Tradidit in captiuitate  
 ” uirtutes eorum & pul  
 ” chritudines eorum in  
 ” manus inimici,  
 Virtutes quippe & pul  
 chritudo arrogantiū  
 inimici manibus tradi  
 tur. quia omne bonū  
 quod p concupiscentiā

ga ro  
 namq  
 eniscere  
 es uolere  
 negati  
 imp  
 or  
 ut uolun  
 quirunt  
 operis  
 e contem  
 rruant  
 orunt  
 on efferr  
 ant  
 sus ope  
 gme se  
 mentano  
 adungunt  
 o uerua  
 ico alie  
 Quia  
 unert  
 rum in  
 one uo  
 n quod  
 faciunt

laudis ostenditur. oc-  
culti aduersari iure  
mancipatur. Hostes  
namq; ad rapinam  
prouocat. qui suas eoni-  
notiæ diuitias de-  
nudaat. Quousque  
enim ab æternæ pa-  
træ securitatem dis-  
turgimur. In latronū  
insidiantium iter am-  
bulamus. Qui ergo  
in itinere depredari  
formidat. Abscondat  
necesse est bona quæ  
portat. O miseri  
quia factantes lau-  
des hominum. in semet-  
ipsis dissipant fruc-  
tus laborum.

Cumq; se ostendere  
alienis oculis appe-  
tunt. clamant quod  
agunt. Quos nimi-  
rum maligni sp̄s<sup>cum</sup> ad  
lactantiã prouocant.  
eorum sicut diximus

opera captiuantes de-  
nudaat. Unde sub  
cuiusdam gentis spe-  
cie antiquorum hosti-  
um malitiã signans  
per prophetam dñs dicit.

“ Posuit uineam meam  
“ in desertum. & cortica-  
“ uit ficum meum. nu-  
“ dant & spoliavit eam.  
“ albi facti sunt rami eius.

**I**nsidiantib; quippe  
spiritibus. dñi uinea in  
deserto ponitur. cum  
plena fructibus ani-  
ma humane laudis  
cupidoitate dissipatur.  
ficum dñi gens ista de-  
corticat. quia seduc-  
tam mentē in fauoris  
appetitū rapiens.  
quod hanc ad ostenta-  
tionē perahit. teg-  
men ei humilitatis  
tollit. eamq; nudant  
& spoliat. Quia quousq;  
in bonis suis abscondit.

quasi proprii tegminis  
corticem uestitur

Cum uero mens hoc quod  
egerit uideri ab aliis  
concupiscit quasi spo  
liata ficus eam que se  
texerat corticem amisit

Ubi apte subditur  
**ALBI FACTI SUNT**  
rami eius

Quia ostensa humanis  
oculis eius opera can  
descunt desecitate no  
men sumitur cum secre  
ta quo de uulgatur

Sed quoniam subducta costi  
ce rami ficul huius aser  
cunt Sollertius inui  
endum est quia facta  
arrogantium huma  
nis oculis ostensa un  
de placere appetunt  
inde siccantur

Mens itaque que per lac  
tantiam proditur decor  
ticata recte ficus uocat  
Quia & candida est per

hoc quod cernitur &  
siccitati proxima per  
hoc quod tegmine costi  
cis denudatur. Ita si  
ergo sunt seruanda  
que agimus. Si ab in  
terno arbitrio uicem  
recipere nostris operibus  
& spectamus. Hinc est  
enim quod in euange  
lio uertan dicit

“ Nesciat sinistra tua  
“ quid faciat dextera tua  
“ ut sit elemosina tua  
“ in abscondito & pater  
“ tuus qui uidet in abscon  
“ dito reddet tibi

Hinc est quod de electo  
rum ecclesia ppsal  
mistam dicitur

“ Omnis gloria eius filie  
“ regum abintus. Hinc  
“ paulus ait. Gloria  
“ nostra haec est testimo  
“ nium conscientiae nostrae  
filia quippe regum  
ecclesia que in bono e

tuantes  
Inoe sub  
gentis sp  
uorum ho  
tia signu  
homo  
neam me  
um decur  
meum n  
aut tam  
unt ramet  
b. quippe  
di unca  
ritur: cum  
tibus an  
lucos  
e omnia  
geni ista  
e qua red  
eme in fa  
u rapien  
anc ad ol  
trahit  
humilita  
tamq; no  
Qua qu  
rur ab h

opere spiritualium prin-  
cipium predicatione  
generata gloria intus  
habet quia hoc quod  
agit in ostensionem lac-  
tantia non habet.

Gloriam suam paulus  
testimonium conscien-  
tia memorat quia  
fauores oris alieni  
non appetens uite sue  
gaudia extra semetipsum  
ponere ignorat.

Occultanda sunt ergo  
quae agimus. Ne haec  
in huius uite tanere  
Incaute portantes. La-  
trocinantium spiritum  
incurfione peccamus.

Et tamen ueritas dicitur,  
"Uideant opera uestra bona."  
"et glorificent patrem  
uestrum qui in caelis est."  
Sed aliud est profecto  
cum in ostensione ope-  
ris gloria quaeritur  
largitoris. Aliud cum

laude priuata concupis-  
citur. de donam largi-  
entis. Unde et rursus  
in euangelio haec eadem  
ueritas dicit.

"Nō tenete ne iustitiā uestrā  
" faciatis coram homi-  
" nib; ut uideamini ab eis."

Opus ergo nostrum cum homi-  
nibus ostenditur. In cor-  
dis prius examine pen-  
sandum est. per eiusdem  
ostensionis studium  
quod quaeratur.

Si enim dantis gloriam  
quaerimus. etiam publi-  
cata nostra opera in conspec-  
tu illius occulta seruamus.

Si uero per haec nostram lau-  
dem concupiscimus.  
foras ab eius conspectu  
iam fusa sunt. etiam  
si a multis ignorantur.

Sed ualde perfectorum  
est. sic ostensio operis  
auctoris gloriam que-  
rere. ut de inlata laude

habet caueda vana glia.

priuata nesciat exultatione gaudere,  
 Tunc solum namque innoxie hominibus laudabile opus ostenditur cum pro inspectu mentis ueraciter laus impensa calcatur quam quia infirmi qui <sup>que</sup> perfecte contempnendo non superant. Restat necesse est ut bonum quod operantur abscondant.

Sæpe enim ab ipso ostensionis exordio propriam laudem querunt, Sæpe uero in ostensione operis auctoris pate facere gloriam cupiunt. Sed excepti fauoribus in laudis propria cupiditate rapiuntur. Cumque semetipsos diiudicare neglegunt interius sparsi exterius igno-

rant quod agunt, Eorumque opus suae elationi militat. Atque hoc se impendere obsequio largitoris putant. Scyrpus ergo inter lapides commoratur quia ibi ypochrita stat ubi mentis suae intentione solidat.

Nam cum ad testationem percipere multorum ambit quasi in lapidum collectione subsistit. Sed iste ypochrita scyrpi appellatione signatus cum corpus abstinentia domat cum largiendo quae possidet studio pietatis exultat cum noticia sacre legis eruditur. Cum uerbo predicationis utitur. Quis hunc tanta largitate

plenum conspiciens  
 a gratia æstimat largi-  
 toris alienum. & ta-  
 men supna dispensa-  
 tio largitur dona ope-  
 ris. & sortem denegat  
 hereditatis. Ope-  
 randi munera cumu-  
 lat. & tamen uitam  
 operantis ignorat.  
 Quia cum perceptum munus  
 ad laudem propriam  
 trahitur. In conspec-  
 tu lucis intempe umbra  
 electionis obscuratur.  
 Unde bene subditur.  
 " **SI ABSORBUERIT eum**  
 " de loco suo. negauit  
 " eum. & dicit non  
 " noui te."  
 De loco suo ypochrita  
 absorbitur. cum ap-  
 sentis uite fauoribus  
 morte interueniente  
 separatur. Sed hunc  
 absorptum intempe  
 arbiter negat. seq;

eum nescire denun-  
 tiat. Quia simula-  
 toris uitam iuste  
 reprobando ueritas  
 ignorat. Nec recog-  
 noscit eius bona que  
 agit. quia hæc & rec-  
 ta intentione non  
 protulit. Unde &  
 fatuus uirginibus In  
 iudicio ueniens dicit.  
 " Amen dico uobis nescio  
 " uos. In quibus dum  
 mentis corruptionem  
 considerat. castis  
 & iam incorruptionem  
 damnat. Sed utinam  
 ypochritas sua poi-  
 tio sola sufficeret.  
 & nequaquam peruer-  
 sa eorum studia  
 ardentem alios ad uitam  
 dupliciter instiga-  
 rent. Hoc namque  
 unius cuiusque esse  
 proprium solæ. Ut quæ  
 les ipse fuerint.

tales sibi coniugii & alios uelit diuersitate uite refugiat atq; hoc imitando in primat quod amat. Unde & apud y-pochritarum sensum simplicitas omnes in crimine est. Apertas quippe mentes diu dicant & puritatem cordis. hebitudinem appellant. Omnesq; quos sibi adherere cupiunt. Asimplicitatis tanere diuestunt. Et quasi & pulsa insipientia eos erudisse se aestimant. In quibus puritate mentis. id est artem sapientiae de bellant. Quia uero non solum & sua peruersitate y-pochritarum. Sed adiuncta & iam sequaciu portione se probatur. postquam

non cognosci a iudice dicitur. Recte protinus sub inferitur. **Hæc enim Letitia.** uie eius. ut rursus. ob terra ali germinant. Ac si aperte diceretur. Ueniente iudice. nequaquam cognoscitur. sed multipliciter supplicia recipiat. quia elatius in sua iniquitate elatus est. quod & in alius mala propagat. Cui enim hic non sufficit iniquitas propria torqueatur illic necesse est ut merito reatus alieni. Nunc itaq; simulatores gaudeant. & humana iudicia se obtenuisse gloriantur. Dispicatur iustorum simplicitas. atq; acalliditate duplicium fatuitas uocetur.



Citius dispectus simpli-  
cium transit - citius  
duplicium gloria per-  
currit, Unde & ap-  
te. subiungitur,

” **OS NON PROICIET**

” simplicem - Nec porri-  
” git manum malignis,

Quia Nimirum dis-  
pectus in iudicio ap-  
parens - & dispectum  
simplicium glorifican-  
do erigit - & maligno-  
rum gloria reprobando  
confringit,

Maligni enim uocantur  
ypochritae - qui bonum  
non bene faciunt -  
& recta quaeq; sub stu-  
dio laudis operantur,

Manum uero cui porri-  
gimus - hunc uidelicet  
ab his eleuamus,

Malignus ergo os manu  
non porrigit - quia  
querentes terrenam  
gloriam in lino dese-

linquit. Et quam  
libet recta uideantur  
esse quae aguntur - hor-  
ad gaudia sempiterna  
non prouehit,

Uel certe ideo maligni  
appellantur ypochn-  
te - quia benignitate  
erga proximos osten-  
dunt - & oculos suae ini-  
quitate operiunt,

Per omne namq; quod  
uel faciunt uel locun-  
tur - simplicitate & te-  
rius exhibent - sed sub-  
tilitate interius dupli-  
citate callent, Puri-  
tatem superficie simulant -  
sed semp. maligna sub  
specie puritatis occul-  
tant, Quos contra  
bene per moysen dicit,

” Non indues uestem gla-  
” na linoq; contexta.

Per lana quippe simpli-  
citas - per lino uero  
subtilitas designatur,

**E**t nimirum uestis que  
 & lana linoq; confici  
 tur. linum interius  
 celat. lamam in superficie  
 demonstrat.

**U**estem ergo & lana. li  
 noq; contextam indu  
 it. qui in locutione.  
 uel actione qua utitur  
 intus subtilitate ma  
 litie operit. & simpli  
 citate foras innocen  
 tie ostendit. Quia  
 enim sub puritatis  
 imagine deprehendi  
 calliditate non ualeat.  
 quasi sublance grossi  
 tudine linum lateat.

**B**ene autem post repro  
 batione duplicium  
 iustorum remuneratione  
 demonstratur. cum  
 protinus subortur.

**O** nec impleatur  
 risu os tuum. & la  
 bia tua iubilo.

**O**s quippe iustorum

tunc risu. replebitur  
 cum eorum corda simi  
 tis peregrinationis.  
 flexibus. eterne leticie.  
 exultatione. satiantur.

**D**e hoc risu discipulis  
 ueritas dixit.

“ Mundus gaudebit uos  
 “ autem contristabimi  
 “ ni. Sed tristitia ustra  
 “ uertetur in gaudium.

“ **E**t rursus. “ **N**on debet uos  
 “ & gaudebit cor uestrum.  
 “ & gaudium uestrum nemo  
 “ auferet a uobis.

**D**e hoc risu scie ecclesie  
 salomon ait. Rides  
 in die nouissimo.

**D**e hoc iterum dicit.  
 “ **T**imentis dominum bene erit  
 “ in exitu eius. **N**unc  
 risus est corporis. sed  
 tunc risus est cordis.

“ **R**isus enim nunc corpo  
 ris. de lasciuia disso  
 lutionis. Nam risus  
 cordis. tunc de leticia

Capitulum  
 ta uidean  
 e agunt  
 ia semper  
 rouehit  
 e loco mal  
 ntar ypo  
 a benignita  
 ximor ofte  
 lor sue in  
 perunt  
 e nunc q  
 it uel locu  
 plitate de  
 bent. sed  
 nterius dup  
 cent. Pe  
 pffice sim  
 mp malit  
 e puritati  
 Quor ex  
 ermoyse  
 uer ueste  
 noq; cont  
 ni quippe  
 per linu  
 litar con

137<sup>v</sup>  
nascitur securitatis.  
Cum ergo electi omnes  
implentur gaudio  
manifeste contempla-  
tionis. quasi ad hilari-  
tatem risus exiliunt. In  
ore mentis. Jubilum  
uero dicimus. cum tan-  
tam letitiam corde conci-  
pimus. quantam sermo-  
nis efficacia non ex-  
plemus. & tamen men-  
tis exultatio hoc quod  
sermone non explicat  
uoce sonat. Bene  
autem os risu imple-  
ri dicitur. labia iubilo.  
Quia in illa aeterna pa-  
tria cum iustorum  
mens in exultatione  
raptur. lingua in  
cantum laudis eleuat.  
Qui quoniam tantum ui-  
dent. quantum dicere  
non ualent. In risu  
iubilant. quia non  
explendo resonant

quod amant. donec  
autem dicitur.

Non quod omnipotens deus eorumque  
malignos non suble-  
uat. quousque electos  
suos in iubilationis  
gaudia adsumat.

Ac si post a pena eripi-  
at. quos ante in culpa  
deserens damnat.

Sed et quod hoc nequa-  
quam uel ante iudi-  
cium faciat. cum  
dubio hominibus ui-  
deri possit an fiat.

Nam post electorum  
suorum iubilum.  
quia malignis manu  
non porregat. & ip-  
sa iam distractione  
ultimi examinis.  
constat. Sic namque  
& per psalmistam  
dicitur. Dixit dominus  
domino meo sede ad dex-  
tris meis. donec ponam  
inimicos tuos scabellum

138R

pedum tuorum  
**N**onquod ad dextris dñi ne  
 quaquam dñs sedeat  
 postquam inimicos  
 illius feriens potesta  
 te substernit. Sed qd  
 in æterna cunctis bea  
 titudine presideat  
 & prius quam rebelli  
 um suorum corda  
 conculcet. Inqua ni  
 mirum constat quia  
 sublectis hostibus sine  
 fine & posterius reg  
 nat. Sic per euan  
 gelium de marie  
 sponso dicitur. Qñ  
 cognouit eam donec  
 peperit filium suum  
 primogenitum.  
**N**onquod hanc post na  
 tuitate di cognoue  
 rit. sed nequaquam  
 illam contigit. & iam  
 cum conditoris sui  
 matrem esse nesciuit.  
**N**am quia eam nequa

quam contingere ua  
 luit postquam re  
 demptionis nr̄e & eius  
 utero celebrari mys  
 terium agnouit.  
**O** e illo profecto tempo  
 re necesse erat. ut  
 euangelista testimo  
 nium ferret. De quo  
 propter Ioseph igno  
 rantia dubitare potu  
 isset. Sic itaq; nunc  
 dicitur. Qñ non  
 proicit simplicem.  
 N& porrigit manu  
 malignis. donec im  
 pleatur risu os tuum  
 & labia tua iubilo.  
**N**esi aperte diceret.  
**U**itam simplicium nec  
 ante iudicium dese  
 rit. & malitiosorum  
 mentes deserendo pec  
 tere. nec prius quam  
 appareat pretesmit  
 tit. Nam quia sine  
 fine reprobos cruciet.

& electi eius inperpe-  
tuum postquam appa-  
ruerit regnent profec-  
to dubium non est  
se qui tur

**QUI ODERUNT TE IN**

duentur confusione

**J**USTORUM HOSTES IN  
extremo examine con-  
fusione induit. quia  
cum transacta mala  
redundare sibi ante  
oculos mentis aspexe-  
runt. suos eos undiq;  
deprimens reatus uestit

**N**openam quippe tunc  
factorum suorum me-  
moria tolerant. qui  
nunc quasi a sensu  
rationis extranei gau-  
dentes peccant

**I**bi uident quantum de-  
buerunt fugere. quod  
amauerunt. Ibi conspi-  
ciunt quam lugubre  
fuerit quod nunc in  
culpa gratulantur

**T**unc animum reatus  
obnubilat & recordatio-  
nis suae iaculis ipsa se  
conscientia impugnat

**Q**uis igitur digne penset  
iniquorum confusio quan-  
ta tunc erit. quando &  
foris aeternus iudex cer-  
nitur. & intus ante ocu-  
los culpa uersatur

**Q**uia adhaec iocundo pueni-  
unt. quia sola hic transe-  
untia dilexerunt

**U**nde & apte mox suboritur

**ET TABERNACULUM**

impiorum non subsistit

**T**ABERNACULUM quippe  
construitur. ut ab aestu  
corpus & frigore defen-  
datur. Quia itaq; hoc  
loco tabernaculi nomi-  
ne. Nisi aedificatio ter-  
rene felicitatis exprimitur

**P**erquam sup se reprobi  
casura multiplicant.  
ut se a praesentis uitae  
necessitatibus quasi

ab aestu & imbris de-  
fendant, Honoribus  
namq; ambiunt & cer-  
cere ne dispecta uideantur,

Terrena adgregando  
scagerant. Ne inopie  
frigore tabescant,

Contempnunt curas  
quod sequitur. & tota  
intentione festinant.  
Nequid in presentib;  
desit. Student nomen  
dilatari ne lateant,

Et si cuncta ad desiderium  
suppleant. munitos  
se in omnib; & felices  
putant, Ubi ergo  
mentis habitationem  
construunt. ibi pro-  
cul dubio tabernacula  
fixerunt, Aduersa  
impatenter perferunt.  
Remisse in prosperis  
laxantur, Sola que  
adsunt cogitant. Nec  
affectum celestis pa-  
trie. ulla recordatione

139R  
respirant. Caudent  
sibi subpescere bona  
que cupiunt. atque  
ubi carne requiescunt.  
ibi & mentem & extinguen-  
do sepelliunt,

Quia secularis curę telo  
trucidati. terrenarum  
rerum aggerem quam  
foras & quiescendo mul-  
tiplicant. hunc semp  
interius <sup>per cogitationem</sup> portant,

At contra iusti. nec  
oblata bona hic pro  
magno suscipiunt.  
nec inlata mala ualde  
pergimescunt,

Sed cum bonis presen-  
tib; utuntur. uentura  
mala metuunt,

Et cum de malis presen-  
tibus gemunt. bonorum  
sequentium amore  
consolantur.

Sicq; temporali refouen-  
tur subsidio. Sicut uiator  
in stabulo utitur lecto;

pauat. & sececlere  
festinat. Quiescit  
corpore. sed aliud  
tenet mente.

**N**onnumquam uero &  
aduersa p[ro]p[ri]a app[er]unt  
intransitorius prospe  
rans refugium. Ne  
delectatione itineris  
a patrie per uentione  
tardentur. & gressu  
cordis inuia peregrina  
tionis figant.

**E**t quandoq[ue] ad conspec  
tum celestis patrie  
sine remuneratione  
pueniant. Gaudent  
despici. Ne dolent  
se necessitatib[us] affligi.

**Q**ui ergo contra presen  
tia se aduersa non mu  
nunt. quasi contra  
aest[us] & pluuias. habe  
re tabernaculu[m] nolunt.

**U**nde & p[ro]p[ri]us iure rep[re]h  
enditur. quia nec  
dum mentis p[er]fectione

roboratur. Veritatis  
claritate cognita in  
terra figere taberna  
culum conatur.

**I**usti itaq[ue] hic se constan  
neglegunt. ubi pere  
grinos se & hospites  
nouerunt. Quia eni[m]  
improprius gaudere  
desiderant. esse in alie  
no felices recusant.

**I**nusti aut[em] quanto  
longius ab eterne pa  
trie hereditate diuisi  
sunt. tanto in terra  
altius fundamenta  
cogitationis figunt.

**H**inc est quod ab ipso  
humane conditionis  
exordio. in electa prole  
enoch septimus nascit[ur].

**H**inc est quod cum pri  
mum filium enoch  
uocat. atq[ue] eius  
nomine ciuitate[m] qua[m]  
condidit appellat.

**E**noch quippe dedicatio

140R

dicitur, Iniqui ergo se in primordiis dedi-  
cant, quia in hac uita  
que ante est cordis  
radicem plantant.

Ut hic ad uocam floreat  
& a sequenti patria  
funditus aescant.

Justis uero enoch septi-  
mus ortur, quia eos u-  
itae festa dedicatio  
in fine seruatur.

Hinc est quod ad stan-  
te paulo abraham  
in casulis habitat, quia  
habentae fundamenta  
ciuitate quam supnus  
astifex construxit &  
spectat. Hinc est  
quod iacob gregem ouium  
sequens humiliter gra-  
ditur, atq; huic esau  
obuiam ueniens,  
tumultu multiplicis  
comitatus eleuatur.

Quia nimirum & electi  
hic elatione non habent.

& in bonis carnis reprobi  
laxi tument. Hinc ad  
ihl dñs dicit.

Si eligeris unum de po-  
pulo terre, & consti-  
tueris super te, non fa-  
cia & sibi equos & equites.

Et tamen primus se  
ab eodem populo elec-  
tus, repente ut culmen  
potestatis attingit,  
tria milia sibi &  
equites elegit. In el-  
ationem protinus pro-  
dit ad aedificationem  
per septa culminis eripit.

Quia foras restringere  
sub aequalitate non po-  
terat, quod intus ani-  
mus sup ceteros tume-  
bat demonstrauit.

Quasi munitum sibi diues  
ille tabernaculum  
construxerat quidi-  
cebat. Anima ha-  
ber multa bona reposita  
in annos multos.

“  
“  
“



140<sup>v</sup>  
" Requiesce comedere  
" bibe & epulare

Sed quia eius tabernacu-  
Sculum inuertitatis fun-  
damentam non subsistit  
Ilico audiuit

" Stulte hac nocte repelunt  
" Sanimam tuam abste-  
" que preparasti cuius  
erunt, Bene ergo  
" dicitur, Tabernacu-  
" lum impiorum non  
" subsistit, Quia autem  
fugientis amatores  
dum studiose se inpre-  
sentibus construunt  
Repente ad eterna  
rapiuntur

EXPIIT  
LIBER  
OITMBS

INIPIIT  
LIBER  
NONVS

**D**ERUERSE  
WENTES SI  
SEWEL AD  
studium contrarietatis  
eruperint. Siue  
prauum seu rectum  
quid a contradicentibus  
audiunt aduersis hoc  
responsionibus impug-  
nant. Quia cum perso-  
na p contrarietatem  
displicat. Nec recta  
que protulerint pla-  
cent. E contra bono-  
rum corda quibus odium  
non uenit persona  
sed culpa

147R

Sic peruersa diiudicant  
 Ut quae recte dicuntur  
 adsumant. Disce men  
 dis quippe contra dicen  
 tum sensibus exquisi  
 ti arbitres resedent.  
 & sic male prolata  
 respuunt. Ut tamen  
 adprobent quae exue  
 ritate cognoscunt.

Sol & namq; inter spi  
 narum multitudinem  
 & iam defructe semine  
 spica succrescere.

Cauta ergo manu ope  
 rantis agendum est  
 ut dum spina tollitur  
 spica nutriatur.

Quatenus qui stuo &  
 eradicare quod pungit.  
 Nouerit seruare quod  
 refect. Unde & bea  
 tus iob qui ab al dach  
 suter recte per inqui  
 sitionem dixerat.

Numquid ds supplantat  
 iudicium. Aut omps

subuertit quod iustu e

Quia uera in x-pochri  
 tas robustaq; protu  
 lerat. bene haec & con  
 tra prauos generaliter  
 prolata conspiciens.  
 studium propriae de  
 fensionis calcit. atq;  
 audita protinus adpro  
 bat dicens. Vere scio

quod ita sit. & quod  
 non iustificatur homo  
 compositus do.

Homo quippe do subpo  
 situs iustitiam percipit.  
 compositus amittit.  
 quia quisquis se auctori  
 bonorum comparat.  
 bono se quod acciperat  
 priuat. Qui enim  
 accepta bona sibi arro  
 gat. suis contra dm  
 donis pugnat.

Unde ergo despectus  
 erigitur. dignum est  
 ut erectus inde destrua  
 tur. SCS autem uir

147  
quia omnis uirtutis  
nr̄e meritum esse utiq̄  
conspicit. Si ab interno  
arbitro districte iudi  
cetur. Recte subiungit̄,

” **S**I UOLUERIT CONTEN  
” dere cum eo non pote  
” rit respondere ei unū  
” pro mille,

**I**N SCRIPTURA SACRA  
millenarius numerus  
pro uniuersitate sola  
intellegi. Hinc & eni  
psalmista ait,

” Verbi quod mandauit  
” in mille generationes,

Cum profecto constat  
quod ab ipso mundi  
excordio usq; ad redemp  
toris aduentum. per  
euangelistam non  
amplius quam septua  
ginta & septem pro  
pagines numerentur.

Quid ergo in millenario  
numero. Nisi ad pro  
ferendam nouam

sobolem perfecta  
uniuersitas prescite  
generationis & primum.

Hinc & per iohannē dicit̄,

” Et regnabunt cum eo  
” mille annos. Quia  
uidelicet regnum sc̄e  
ecclesie uniuersitatis  
perfectione solidatur.

Quia uero moxas multi  
plicatur in denariō  
ductur. Denarius  
per semetipsum ductus  
in millenarium tendi

tur. cum ab uno inci  
pimus ut a millenariō  
ueniamus. Quid hoc  
loco unius appellatione.

Nisi bene uiuendi ini  
tium. Quid millenarii  
numeri plenitudine.  
Nisi eiusdem bone uite  
pfectio designatur.

Cum dño autem contem  
dere est. non ei tribuere  
sed sibi gloriam suā  
uirtutis arrogare.

Sed sc̄s uir conspiciat  
 quia qui summa tam  
 dona percepit sed ac  
 ceptis & tollitur. cunc  
 ta que acceperat  
 amittit & dicat

Si uoluerit contendere  
 cum eo. non poterit  
 respondere ei unum  
 promille. Qui enim  
 cum auctore conten  
 dit. Unum promille  
 respondere non sufficit

Quia qui de perfectione  
 se erigit. habere se  
 bene uiuendi nec Iniqui  
 ostendit. Unū namq;  
 promille respondere  
 non possumus. quia  
 cum de bone uite p̄fec  
 tione & tollimur. hanc  
 nos nec Inchoasse  
 monstramus. Sed  
 tunc de n̄ra infirmita  
 te concutimur. Si quā  
 sit Inmensa potentia  
 iudicis considerando

pensamus. Unde  
 & subditur

**S**APIENS CORDE EST  
 & fortis robore

Quid mirum si confito  
 rem sapientiu sapien  
 te dicimus. quem ipsa  
 esse sapientia scimus.

Et quid mirum quod for  
 te esse memorat  
 quem hanc ipsam esse  
 fortitudine nullus  
 ignorat.

Sed sc̄s uir duob; uerbis in lau  
 de auctoris prolatis.  
 aliquid nobis intimat.  
 unde nos ad cognitio  
 nem n̄ram trepidos  
 reducat. Sapiens  
 quippe d̄r dicitur  
 quia occulta n̄ra sub  
 tiliter agnoscit. & esse  
 fortis adiungitur  
 quia ualenter cognita  
 persequitur. Nec falli  
 ergo anobis. quia sapi  
 ens. Nec uitari. quia

7424

fortis est ual&

Nunc ut sapiens omnia  
inuisibilis aspicit  
Tunc ut fortis sine ullo  
obstaculo quos repro-  
bat punit. Quin hoc  
quoque hic forte sapien-  
tia ordinat. ut huma-  
na mens cum contra-  
auctorem se eleuat  
ipsa se sua leuatione  
confundat. Atque  
& subditur.

” **QUIS RESISTIT EI**

” & pacem habuit

QUI ENIM CUNCTA MI-  
rabiliter creat. ipse  
ut creata sibi m& con-  
ueniat ordinat. In  
quo ergo conditori  
resistitur. pacis conven-  
tio dissipatur.

Quia inordinata esse  
nequeunt. que supni  
moderaminis dispo-  
sitione. p̄odeunt.

Que enim subiecta dō

in tranquillitate per-  
sisterent. ipsa se sibi  
m& dimissa <sup>secundum ordinem</sup> confun-  
dunt. Quia in se pa-  
cem non inueniunt.  
<sup>Cū auctori pacis resistere conantur</sup>  
cui uentura de super  
in auctore contra-  
dicunt. Sic summus  
ille anḡs. Sicut sp̄s  
qui subiectus dō incul-  
mine stare potuisset.  
sem& ipsum repulsus  
pactus. quia p̄ nature  
sue iniqu& uicinē foras  
uacatur. Sic primus  
hominum generis  
pater. qui auctoris  
p̄cepto resistit. car-  
nis protinus contume-  
liam sensit. Et quia  
sub esse conditori per  
obediencia noluit.  
subre& ipso prostra-  
tus. & pacem protinus  
amisit. Bene ergo  
dicitur. Quis resistit  
ei & pacem habuit.

*Sine ualiditate ualiditate*

Quia peruersa mens  
 unde se contra auctore  
 erigit. inde se in se  
 ipsa confundit.  
 Resistere autem do dicitur  
 cum repugnare  
 eius dispositionibus  
 conamur. Neque  
 enim nra infirmitas  
 incommutabili eius  
 sententiae obuiat. Sed  
 tamen quod ex plere  
 non ualeat temptat.  
 Nam saepe humana in  
 firmitas occulte uim  
 dispositionis agnoscit.  
 Et tamen hanc si mutare  
 ualeat appetit. con  
 tra ire satagit. sed  
 ipso gladio contradic  
 tionis frangit. <sup>unde</sup> ordi  
 ni interno sentitur.  
 sed suis uicta conatib;  
 ligatur. Habere ergo  
 pacem resistens non  
 potest. quia dum sup  
 biam confusio sequitur.

quod stulte per culpa  
 geritur. hoc <sup>in iudicant</sup> in agentat <sup>mundicia</sup>  
 mirabiliter ordinatur.

Sed uir scs uirtute pro  
 phetia sps plenus. cum  
 confusione generali  
 ter humane superbie  
 conspicit. ad speciale  
 malum protinus ple  
 bis israhelice oculos  
 mentis tenoit. & quae  
 pena <sup>erga</sup> elatos omnes  
 maneat. & unius gentis  
 interitum ostendit.

Nam repente subiungit  
 dicens . . .

” **QUI TRANSTULIT**  
 ” montes. & nescierunt  
 ” hi quos subuertit in fu  
 ” rore suo . . .

I NSCRIPTURA SACRA  
 sepe montium nomine  
 predicantium altitu  
 do signatur. De quib;  
 per psalmistam dicit.

” Suscipiant montes pa  
 ” cem populo tuo . . .

Electi quippe prædica-  
tores æternæ patrie  
non in merito montes  
uocantur. quia per  
uite sue celsitudine  
lma terrarum dese-  
runt. & celo propin-  
qui fiunt. Sed mon-  
tes ueritas trans-  
tulit. cum prædica-  
tores scōr. a iudee

obstructione

obduratione subtra-  
xit. Unde recte & iā  
per psalmistā dicitur

“ Transferuntur mon-  
tes in cor maris ”

In corde enim maris  
montes translata sunt  
cum prædicantes  
apostoli. a iudee p-  
fidia repulsi ad intel-  
lectum gentium ue-  
nerunt. Unde ip-  
si quoq; in suis actib;  
dicunt. Uobis oport-  
tebat primum loq̄i  
uerbum dī. sed quia

“ repellitis illud &  
“ indignos uos iudicas-  
“ tis æternæ uite. ec-  
“ ce conuertimur  
“ ad gentes. Sed  
hanc eandē in trans-  
lationē mentium  
hii ipsi nescierunt  
qui in dñi furore sub-  
uersi sunt. Quia  
cum de suis finibus  
hebrei apostolos pel-  
lerent. lucrum se-  
fecisse arbitrati sunt  
quod prædicationis  
lumen amiserunt.

Exigentibus quippe  
meritis iusta animi  
aduersione percussi  
tantam intellegen-  
tiae errore cæcati  
sunt. Ut quod luce-  
perderent. hoc esse  
gaudium putarent.  
Sed repulsi aposto-  
lis pro manu prota-  
nus principē titum.



144R

Iudea destruitur atq;  
 incunctis gentibus  
 sparsa dissipatur  
 Unde & translatis mon-  
 tabus recte subiungit  
**Qui commouet terram**  
 de loco suo & columnae  
 eius concutientur  
 De loco quippe suo  
 terra commota est  
 cum plebs israelitica  
 de iudeae finibus euulsa  
 Nimirum colla gentibus  
 um subdidit quia  
 subdi auctori recusauit  
 Quae illic terra colum-  
 nas habuit quia in sa-  
 cerdotes & principes  
 legis doctores atque  
 phariseos ruitura  
 eius pertinacia struc-  
 tura surrexit  
 In ipsis namq; littere  
 aedificium tenuit &  
 tranquillitatis suae  
 tempore sacrificiorum  
 carnalium quasi sup

in **O**posite fabrice  
 onera portauit  
 Sed translatis montibus  
 columnae concusse sunt  
 quia subductis a iudea  
 apostolis. Nec ipsi  
 uiuere in illa pmissi  
 sunt quia illa uite  
 predicatorum & puler  
 Dignum quippe erat  
 ut terrenam patriam  
 sub acti perderent  
 cuius amore nequa  
 quam uerit<sup>tunt</sup> celestis  
 patrie milites impug-  
 nare Sed & pul-  
 sis scis doctori-  
 bus iudea funditus  
 corruit & iusto lu-  
 dicantis & amine in  
 erroris sui tenebras  
 oculos mentis clausit  
 Unde adhuc subditur  
**Qui precipit soli**  
 & non oritur & stel-  
 las claudit quasi  
 sub signaculo

corruit  
 fabrice



144  
N<sup>o</sup> Liguando  
namq; in sacro elo  
quio solis nomine pre  
dicato<sup>m</sup> claritas de  
signatur. Sicut per  
Iohannem dicitur.

” Factus est sol utraque  
” cilicinus. In extremo  
quippe tempore sol  
quasi cilicinus saccus  
ostenditur. quia ful  
gens uita predican  
tium. ante reprobo  
rum oculos aspera  
& despecta. monstra  
tur. qui stella  
rum quoq; claritate  
figurantur.

Quia dum recta pecca  
toribus predicant.  
tenebras nre noctis  
inlustrant. Unde  
& subductis predi  
catorib; per prophe  
tam dicitur. Prohi  
bete sunt stelle pluuiarum.  
” Quia uero

sol per diem fulget.  
Stelle obscuritatem  
noctis inradiant.

Et plerumq; in sacro  
eloquio diei appella  
tione eterna patria.  
Noctis autem nomine  
presens uita signatur.

Predicatores sci & sol  
nr̄is oculis fiunt cum  
contemplationem  
nobis uere lucis aperi  
unt. & uelut stelle  
intenebris lucent. cum  
per actiua uitam pro  
futuris nr̄is necessi  
tibus terrena dispo  
nunt. Quasi in die  
ut sol coruscant. cum  
ad contemplandam  
interne claritatis  
patriam. mentis nre  
aciem subleuant.

Et quasi stelle in nocte  
resplendent. quia  
& cum terrena agunt  
offensurum lamq;

nri operis pedem  
& exemplam suae recti-  
tudinis dirigunt

**S**ed quia & pulsus pre-  
dicatoribus non fuit  
qui plebi iudaice in p-  
fidae nocte resplen-  
deret uel claritate  
contemplationis  
ostenderet uel actiue  
uite lumen aperiret

**V**eritas quippe quae  
hanc repulsa deseru-  
it subtracto predi-  
cationis lumine  
merito suae prauita-  
tis & cecauit Recte  
dicitur Qui praece-  
pit soli & non ortur  
& stellar claudit  
quasi sub signaculo

**O**rii quippe ei solem  
noluit aqua predi-  
cantium animum  
deuertit & quasi  
sub signaculo stellar  
clausit quidum

praedicatorum suos p-  
silencium intra se &  
ipsum retinuit caecis  
iniquorum sensibus  
caeleste lumen abscon-  
dit Pensandum  
uero est quia id  
circo aliquo sub sigillo  
claudimus Ut hoc  
cum tempus congruit  
ad medium profera-  
mus & sacro elocio  
ad testante didicimus  
quod iudea quae nunc  
desertur ad sinum  
fidei in fine colligat

**H**inc namque per ai-  
am dicitur Si fuerit  
numerus filiorum  
ih̄t quasi arena ma-  
ris reliquae saluae fi-  
unt Hinc paulus ait  
Donec plenitudo gen-  
tium introiret & sic  
omnis ih̄t saluus fiet

**Q**ui igitur praedicatorum  
suos nunc iudeae

oculis subtrahit. sed  
 post modum ostendit.  
 Quasi sub signaculo stel-  
 las clausit. ut abscon-  
 sis prius. & post conus-  
 cantibus astrorum  
 spiritalium radius.  
 Noctem suae perfidiae.  
 & nunc repulsa non  
 uideat. & tunc inlu-  
 mina deprehendat.  
 Hinc est quod duo illi  
 & unum praedicatores  
 dilata morte sub-  
 tracti sunt. Ut ad p-  
 dicationis usum in fine  
 reuocentur. De quibus  
 per Iohanne dicitur.  
 Hi sunt duo & oliuae &  
 duo candelabra in  
 conspectu dñi terre  
 adstantes. Quorum  
 unum in euangelio  
 per semetipsam ueritas  
 pollicetur dicens.  
 " Helias uenturus est.  
 " & restituet omnia.

Quasi ergo sub signaculo  
 stelle clausae sunt.  
 qui & nunc occultantur  
 ne appareant. & post  
 ut prod esse ualeant  
 apparebunt.

Sed tamen plebs Isra-  
 helitica quae uertim  
 in fine colligitur. in  
 ipsis scæ ecclesiae & or-  
 dis crudeliter obdurat.

Nam praedicatores ueri-  
 tatis rennuunt. uerba  
 adiutorum spreunt.

Quod tamen mira auc-  
 toris dispensatione  
 agitur. Ut nimirum  
 praedicantium gloria  
 quae recepta in uno  
 populo latere pote-  
 rat. In agnitione  
 omnium gentium  
 praerogauit. Unde  
 & apte mox subditur.

**QUI EXTENDIT CELOS**  
 solus.

Quid namq; celorum

146  
146R  
nomine. Nisi hæc ea  
dem cælestis prædi  
cantium uita signat,  
De quibus p̄ psalmistam  
dicitur, Cæli enar  
rant gloriam dei.  
& ipsi igitur cæli ipsi  
sol esse memorantur,  
Cæli scilicet quia inter  
cedendo protegunt,  
Sol autem quia prædi  
cando uim luminis  
ostendunt. Commo  
ta igitur terra cæli  
scitenti sunt. quia cum  
iudea ad uim persecu  
tionis infremuit  
apostolorum uitam  
dñs incunctarum  
gentium cognitione  
dilatauit. & illa  
piudicium in mundum  
dispergitur. isti ubiq;  
per gratiam in honore  
tenduntur. Angusti  
quippe cæli fuerant.  
cum una plebs tot

egregios prædicato  
res tenebat, Quis  
enim gentilium p̄cni  
nosset. si in solius isra  
helitici populi rema  
neret. Quis pauli  
uiritates agnosceret.  
Nisi hunc iudea ad  
nr̄am noticiam perse  
quendo transmiseret.  
Ecce iam qui plagis &  
contumeliis ab isra  
helitica plebe repulsi  
sunt. per mundi fines  
honorantur,  
Solutus ergo dñs cælor  
tetendit. qui secreta  
mira dispensatione  
consilii prædicatores  
suos unde permisit  
in una gente opprimi  
fecit in mundi cardini  
bus inde dilatari,  
Sed neq; ipsa hæc præsen  
ti dedita mundo gen  
tilitas. cum culpas eius  
apostolorum lingua

corripuit uerba uite  
libenter accepit

**N**am protinus in elatio  
ne contradictionis  
intumuit. Atq; ad oculi  
delitate se persecutionis  
excitauit. Sed que  
predicatio nisi uer  
bis contraire sentitur.  
Signorum citius am  
miratione temperat.

**U**nde apte quoq; in auc  
toris laude subiungit.

**Et graditur super  
fluctus maris**

**Q**uid enim maris  
nomine. Nisi in bo  
norum nece seuiens  
mundi huius amari  
tudo signatur.

**O**equo & per psalmista  
dicitur. Congre  
gans quasi in utrem  
aquas maris. Aquas  
& enim maris quasi  
in utrem dñs congre  
gat. cum miro

moderamine cuncta  
disponens. In suis clau  
sas a cordibus carnaliu  
minas frenat.

**S**up fluctus ergo maris  
dñs graditur. quia cum  
se procelle persecutio  
nis erigunt. miracu  
lorum eius obstupe  
factione franguntur.  
**Q**ui enim tumores huma  
ne uesanie mitigat.  
quasi erectas in cumulo  
undar calcat.

**N**am cum morem suum  
gentilitas destrui noue  
conuersationis predi  
catione conspiceret.  
Cum mundi huius diui  
tes elationis sue con  
traite facta pauperu

**C**um sapientes seculi  
aduersari sibi imperi  
torum uerba pensa  
rent. in persecutionis  
tempestate tumuerunt.  
**S**ed qui uerborum

aouersitate commoti  
 aopere secutionis pro  
 cellas insiliunt  
 signorum ut diximr  
 admiratione tempe  
 rantur, Tot ergo  
 in his fluctibus dñs  
 gressor posuit. quod  
 superbis persecutori  
 bus miracula osten  
 dit. Unde bene rur  
 sum p psalmista dicit,  
**Mirabiles elationes ma  
 ris. mirabilis in excel  
 sis dñs, Quia contra  
 electorum uitam ad  
 persecutionis undas  
 mundus se mirabiliter  
 extulit. Sed has sup  
 norum conditor sub  
 leuata uirtute præ  
 dicantium mirabiliter  
 strauit. Ministros  
 & enim suos plus osten  
 dit posse p miracula  
 quam potestates terre  
 ne timere p iram,**

Quod bene & iam per  
 hieremiam dñs. & te  
 riora narrans. Intè  
 riora denuntiat dicens,  
 " Posui harenę mäsisi.  
 " Terminu. præceptu  
 " sempiternum quod  
 " non preteritit. &  
 " commouebuntur. &  
 " non poterunt, & intu  
 " mescent fluctor eius.  
 " & non transibunt illu,  
**Harenam quippe dñs**  
 mari terminum posu  
 it. quia ad frangendam  
 mundi gloriam ablat  
 tos & pauperes elegit,  
**Cuius nimirum maris**  
 fluctus intumescunt  
 cum potestates seculi  
 ad <sup>com</sup>minatione perse  
 cutionis exiliunt  
 sed transire arenam  
 nequeunt. Quia  
 despectorum miracu  
 lis. & <sup>ad</sup> humilitate fran  
 guntur.

Sed dum mare seuit  
 Dum per insanie sue  
 fluctus erigitur qui  
 tamen uirtutis Intra  
 me ostensionis calcet.

Sic ecclesia proficit  
 atq; ad statum sui  
 ordinis per temporū  
 incrementa consur  
 git. Unde & apte  
 mox subditur.

” **QUI FACTI ARCTURŪ**  
 ” & ORIONIS & HIADAS  
 ” & INTERIORA AUSTRI.

Nequaquam sermo  
 ueritatis uanas  
 esiodi arati & calli  
 macei fabulas sequi  
 tur. ut arcturum no  
 minans & tremam  
 stellarum septem  
 caudam urse suspice  
 tur. & quasi orion  
 gladium teneat.  
 asinator Insanus.

Hæc quippe astrorum  
 nomina acultorib;

sapientie carnalis in  
 uenta sunt. Sed scrip  
 tura sacra. Sicut  
 cisco eisdem uocabulis  
 utitur. ut res quas in  
 sinuate appetit. notā  
 tia usitate appellati  
 onis & primūntur.

Nam si astram quæ  
 uellæ per ignota nob  
 nomina diceret. ho  
 mo pro quo hæc eadem  
 scriptura facta est.  
 nesciret. procul dubio  
 quid audiret.

Sic igitur infatigabile <sup>sacro</sup> eloquio  
 sapientes di sermone  
 trahunt a sapientib;  
 seculi. Sicut in eo  
 pro utilitate hominis  
 uocem in se humane  
 passionis ipse conator  
 omnium sumit. di.  
 Ut uidelicet dicat.

Penitet me fecisse ho  
 minem super terram.  
 Cum profecto constet.

148R

quia his quicuncta  
prius quam ueniant  
conspicit. nequaquam  
aliquo fecerit. quod  
penitendo respicit.

**Q**uid ergo mirum si  
spiritalis uiri utantur  
uerbis carnalium  
quando ineffabilis &  
creator omnium dñs  
ut ad intellectum suum  
carnem pertrahat  
in se ipso carnis sermo  
nem format.

**I**n scriptura igitur sa  
cra nota astrorum  
nomina audiuimus  
de quibus astris ser  
mo mouetur agnos  
cimus. Cum uero  
que narrentur  
astra perpendimus  
restat ut & eorum  
nominibus ad spiritalis  
intellegentiae archana  
surgamus. Neq; eni  
iuxta litteram misum

aliquo dicitur. quod  
dñs astartum orionas  
& hyadas fecit.

**D**e quo nimirum constat  
quia omnino in mun  
do nihil sit quod ipse  
non fecerit. Sed res  
uir hanc fecisse dñm  
dicit. per que signari  
proprie ea que spiri  
tuditer geruntur in  
tellegit. Quod namq;  
asturi nomine qui  
in caeli axe constitu  
tus. septem stellarum  
radius fulgit. Nisi  
ecclesia uniuersalis  
& primum. Que in  
iohannis apocalipsi  
p septem ecclesias  
septemq; candelabra  
figuratur. Que du  
dona in se septi formis  
gracie sps continet.  
claritate summe  
uirtutis in radians.  
quasi ab axe ueritatis



148<sup>v</sup>  
lucis. Pensandum  
quoque est quod astu-  
rus semper uersatur. &  
numquam mergitur.  
Quia sancta ecclesia per-  
secutiones iniquorum sine  
cessatione tolerat.  
Sed tamen usque ad mun-  
di terminum sine defec-  
tione durat. Saepe  
namque eam reprobi  
quia usque ad interitum  
ne persecuti sunt.  
Quasi hanc funditus  
extinxisse crediderunt.  
Sed eo multiplicius ad  
statum sui prouectus  
redit. quo inter ma-  
nus frequentium mo-  
riendo laborauit.  
Asturus ergo dum  
uersatur. erigitur.  
Quia tunc sancta ecclesia  
ualentius in ueritate  
reficitur. cum arden-  
tius proueritate fati-  
gatur. Unde apte

quoque post. asturum.  
propterea orionas subdit.  
Oriones quippe in ipso  
pondere temporis  
hiemalis oriuntur.  
suoque ortu tempestates  
excitant. & maria  
terrasque per turbant.  
Quid igitur post asturum  
per oriones. Nisi mar-  
tyres designantur.  
Quidum. sancta ecclesia ad  
statum praedicationis  
erigitur. pondus pre-  
quentium molestiasque  
passuri ad caeli faciem  
quasi in hieme uenerunt.  
His & enim natis. mare  
terraeque turbata est.  
quia dum gentilitas  
mores suos destrui  
illorum fortitudine  
apparente doluit.  
in eorum nece non so-  
lum iracundos ac tur-  
bidos. sed & iam pla-  
cidos erexit.

149  
Ex orionibus itaque  
hiemps horruit quia  
clariscente scōrum  
constantia frigida  
mens infidelium ad  
tempestatē se prœu  
tionis & citauit.

Oriones ergo cælum  
edidit cum scā acce  
sia martyres misit.

Quidam loqui secta  
ruchibus ausi sunt om  
ne pondus & frigoris  
aduersitate paulerunt.

Bene autē protinus hy  
adas subdit que u  
uenescence uerno  
a cæli faci ē prodeunt.

Et cum sol iam caloris  
sui uires & erit osten  
duntur. Illius quip  
pe signi initus inhe  
rent quod sapientes  
sæculi taurum uocant.

Ex quo augeri sol inci  
pit atq; ad & tenden  
da diei spatia feruen

149R  
tior & surgit. Quiltaq;  
post orionas hyadu  
nomine. Nisi doctores  
scæ ecclesie designant.

Qui subditas martyri  
bus eo iam tempore  
ad mundi notitiam  
uenerunt quo fides  
clarius elucet.

Et repressa infidelita  
tis hieme altius per  
corda fidelium sol  
ueritatis calēt. Qui  
remota tempestate  
persecutionis & pleris  
noctibus longis infide  
litate; tunc scæ acce  
sue orti sunt cum ei  
lam per credulitatis  
uernum lucidior annus  
aperitur. Næ inmeri  
to doctores scā hyadu  
nuncupationis signant.

Creo quippe eloquio  
hiedus pluuia uocat.  
& hiades nomina  
apluius acciperunt.

quia ortu procul du-  
bio imbres ferunt.  
Bene ergo hyadum ap-  
pellatione & pressi-  
sunt quia ad statum  
uniuersalis ecclesie  
quasi in caeli faciem  
deducta sup harente  
terram humani pecto-  
ris sc̄e praedicationes  
imbres fuderunt.  
Sic enim praedicationis  
sermo pluuia non  
esset moyses mini-  
me dixisset.  
"Expectetur sicut pluuia  
eloquium meum.  
"Nequaquam per esua  
ueritas diceret.  
"Mandabo nubibus ne  
pluant imbrem. Atq;  
hoc quod paulo ante  
praediximus. Quam  
obrem prohibere sunt  
stelle pluuiarum.  
Cum ergo hyades cum  
pluuis ueniunt.

ad caeli spatia altiora  
sol ducitur. quia ap-  
parente doctorum  
scientia dum mens nra  
imbres praedicationis  
infunditur. fidei ca-  
lor augetur. & profusa  
terra ad fructu profe-  
cit. cum lumen & haec  
rite signis. Et quia  
uberius frugem boni  
operis reddimus  
dum sacre eruditio-  
nis flamma in corde  
clarius ardemus.  
Dumq; per eos diebus  
singulis. magis ma-  
gisq; scientia caelestis  
ostenditur. quasi in  
testi nobis luminis  
uestrum tempus ape-  
ritur. ut nouus sol  
nr̄is mentib; rutat  
& eorum uerbis nob  
cognitōs se ipso coti-  
die clarior micat.  
Arguente & enim

mundi fine. superna  
scientia proficit. &  
largius cum tempore  
excrescit, Hinc nam  
que per danielem  
dicitur, Per transi  
bunt plurimi. & mul  
tiplex erit scientia,

Hinc iohanne in priorē  
parte reuelationis  
angelus dicit,

Signa quæ locuta sunt  
septem contraria,

Cui tamen in eiusdem  
reuelationis termi  
nam præcepit dicens,

Nesignaueris uerba  
prophætie libri huius,

Part quippe reuela  
tionis anterior signa  
re præcipitur. testi  
nus prohibetur,

Quia quidquid in scæ  
æcclesie inicitur la  
tuit. finis cotidie  
ostendit, Nonnulli  
uero a græca littera

quæ. y. dicitur <sup>150 R</sup>  
hyadas occupari nun  
cupantur <sup>arbitratur</sup> Quod si  
ita est. significatio  
ni quam diximus con  
trariū non est,

Doctores & enim his  
stellis non inconueni  
enter expressi sunt  
quæ aliteris nomen  
trahunt, Sed quā  
uis hyades. Sabeus  
dem littere uisione  
non discrepent.  
certum tamen est  
quia hyædus. Im  
ber dicitur. & ostē  
pluuias adportant,

Vir igitur sc̄i redemp  
tionis nr̄æ ordine  
contemplatus admi  
ratur. atq; admi  
rans & cla  
mā di cens,

Qui extendens cælos  
& graditur super  
fluctus maris


qui facit astarturum  
 & orionas & hyadas,  
 Extensis & enim caelis  
 dñs formauit astarturū  
 quia in honore dē deduc  
 tis a postolis. In caelesti  
 conuerratione funda  
 uit ecclesiam,  
 Formato quoq; astarturo  
 fecit orionas. quia  
 roborata fidei uniuers  
 salis ecclesiae contra  
 procellas mundi edi  
 dit martyres,  
 Editis quoq; orionib;  
 protulit hyadas.  
 quia conualescentib;  
 contra aduersa  
 martyrib; ad infun  
 dendam ariditatem  
 humanarum cordiū  
 doctrinā contulit  
 ma gistorū,  
 Isti itaq; sunt  
 astrorum spiritaliū  
 ordines. quidam  
 summis uirtutibus

eminent. semper  
 & supernis lucent,  
 Sed post ista quid restat.  
 Nisi ut scā ecclesia  
 laboris sui fructum  
 recipiens. ad uidentia  
 supne patrie intima  
 pueniat, Unde &  
 apte quia dixit. qui  
 facit astarturum &  
 orionas & hyadas.  
 protinus addidit &  
 interiora austru,  
 Quid namq; hoc in lo  
 co austru nomine.  
 Nisi feruor scī sps  
 designatur, Quod u  
 repleūus quisq; fue  
 rit. ad amorem pa  
 trie spiritalis ignescit.  
 Unde & sponsi uoce  
 in canticorum canti  
 cis dicitur. Surge  
 aquilo. & ueni auster.  
 perfla hostum meū  
 & fluant aromata  
 illius, Austro quippe

ueniente Aquilo  
surgens recedit. Cum  
aduentu sc̄i sp̄s & pul  
sus antiquus hostis  
quinque corpore mente  
constrinxerat dese  
rit. atq; hortum  
sponsi auster perflat  
ut aromata defluant.

**Q**uia nimirum dum sc̄a  
ecclesia donorū suorum  
uirtutib; sp̄s ueritatis  
impleuerit. ab ea lon  
ge lateq; odoris boni  
operis aspargit.

**I**nteriora ergo austru  
sunt. occulta illi ange  
lorū ordines & sacre  
tissimi patrie caeles  
tis sinus. quos imple  
calor sp̄s sc̄i. Illuc  
quippe sc̄orū anime  
& nunc corporibus  
exiit. & post corpo  
ribus restitute pue  
niunt. & quasi astra  
in abditis occultant.

**I**bi per diem quasi in <sup>157 R</sup>  
meridiano tē  pore  
ardentius solis ignis  
accenditur. Quia  
conditoris claritas  
mortalitatis nr̄e lin  
pressa caligine ma  
nifestius uidetur.  
& uelud sphaerae radi  
us ad spatia altiora se  
eleuat. Quia desemet  
ipsa nos ueritas subti  
lius inlustrat.

**I**bi lumen intae con  
templationis sine  
interueniente cesti  
tur umbra mutabili  
tatis. Ibi calor sum  
mi luminis. sine ulla  
obscuritate corporis.

**I**bi inuisibiles angelo  
rū chori. quasi astra  
in abditis emicant.

**Q**uae eo nunc ab homi  
nib; uideri nequeunt.  
quo flamma ueri  
luminis altius

perfunduntur  
**U**al de itaq; mirum  
 est quod missis apos-  
 tolis dñs celos teten-  
 dit. Quod tempera-  
 tis persecutionum  
 tumoribus maris fluc-  
 tur gradiens repressit  
**Q**uod solidata ecclesia  
 asturum statuit  
**Q**uod roboratis contra  
 aduersa martyrib;  
 orionas misit  
**Q**uod replexis in tran-  
 quillitate doctorib;  
 hyadas præbuit  
**S**ed post hæc ualde  
 est ammirabile qd  
 sinum nobis cælestis  
 patriæ quasi interio-  
 ra austru præparauit  
**P**ulchrum est omne  
 hoc quod quasi in celi  
 facie diuina dispen-  
 satione cernitur. sed  
 longe illud & incon-  
 parabiliter pulchus.

ad quod inuisibiliter  
 peruenitur. Unde  
 bene rerum sponsus  
 in sponse sue laudib;  
 dicit. Quam pul-  
 chra es amica mea  
 quam pulchra es  
 oculi tui columbarū.  
 Absq; eo quod in trin-  
 secus lateat. Pulchra  
 narrat & pulchra  
 replicat. Quia alia  
 est pulchritudo mo-  
 rum in qua nunc  
 cernitur. atq; alia  
 pulchritudo premio-  
 rum in qua tunc p-  
 conditoris sui specie  
 subleuatur. Cuius  
 uidelicet membra  
 omnes electi quia  
libratur, Sed per  
appetitam uentris  
terras & patit seseque  
a sublimibus repente  
deorsum fundit

Sic sic humanu genus  
in parente primo ad  
lma de sublimibus  
corruit. Quo nimiru  
conditionis suae digni  
tas in rationis celsitu  
dine quasi in aeris  
libertate suspenderat,

Sed quia contra prae  
ceptum cibum uictu  
contigit. per uentris  
concupiscentiam ad  
terras uenit,

Et quasi post uolatum  
carnibus pascitur  
quia libra con  
templationis spira  
cula per dedit  
& deorsu

corporeis uoluptati  
bus laxatur. Sicut  
ergo aquila uolans  
ad escam dies nri  
uelociter transeunt

Quia quo hinc paximr  
eo subsistere Inuita  
prohibemur

Sed cum haec ante mentis  
Soculos continua cogi  
tatione seuoluimus  
duris tacta quæstio  
nib; urguemur

Quis omps dr conde  
dit quem perituru  
esse praesciuit

Quis his qui summe  
potens & summe  
bonus est. Nequaqua  
uoluit homine talem  
facere qui perire non  
possit. Cum uero  
haec tacta mens Inter  
rogat. pauca ne ipso  
Interrogationis ausu  
in superbiã erum  
pat. seq; humiliter

non habet  
genus  
gaudis  
in contemp  
deredit  
fortitudo  
Cumq;  
sepetentia  
aliquid  
ore memo  
que non  
onou  
in ergo co  
dicit  
leuiter  
naues  
quia & pu  
dine cum  
cordatione  
ur & imp  
tatione  
ne tole  
Uide &  
bungtu  
quila  
ad escam  
ET EXI

171  
comprimite. & cogita  
tiones restringite.  
Sed eo grauius affligi  
tur. quo inter mala  
quæ sustinet. & iam  
de conditionis suæ  
abscondita intellectu  
cruciatur. Unde  
hic quoque subiungitur.  
" **CUM DIXERO NEQUA**  
" quam ita loquar.  
" commuto faciẽ meã  
" & dolore torqueor.  
**N**equaquam quippe  
ita nos debere loqui  
dicimus. cum nr̃e  
infirmittatis modõ  
& inquisitione tran  
seuntes. nos in ipsos  
pauore. seprehendi  
mus. & superne  
seuentiæ conside  
ratione sestenamus.  
**I**nqua sefrenatione  
scilicet. mentis nr̃e  
facies commutatur.  
Quia quæ prius non

capiens. Audenter  
summa sequebatur.  
**I**nfirmittatem suam  
post modum agnor  
cens. uenerari incho  
at quod ignorat.  
**S**ed in ipsa commuta  
tione dolorem. quia  
ualde affligitur.  
quoniam prime culpe  
merito ad intellegen  
da ea quæ de se ipsa  
sunt excitatur. quæ  
patitur. iusta esse  
considerat. Dauid  
ne in dolore. per  
licentiã locutionis  
excedat. ori silentiũ  
indiet. Sed excitatur  
dolor. eo ipso. quo  
sestringitur augetur.  
**D**icit ergo. **Cum di**  
**xero nequaquam.**  
ita loquar. commuto  
faciem meam. & do  
lore torqueor.  
**Q**uia tunc

plerumq; grauius af-  
fligimur: cum quasi  
per consolationem  
studium afflictionis  
nre nobis conamus  
mala leuigare.

Sed quisquis iam sub-  
tiliter p[ro] uentis pri-  
me damnatione  
propagata humani  
generis clamma  
considerat. Super  
est ut is adiungere

**O** propria m[er]eat,  
Unde uir sc[ilicet]  
post quam commu-  
nia intulit. repente  
specialia sublungit  
dicens

**UEREBAR** OMNIA  
opera mea sciens  
quod non p[ro]ueneris  
delinquens

**QUE** BEATUS IOB  
opera d[omi]ni. Sa-  
cre huius hystorie  
textus ostendit

Holocaustis quippe  
multiplicib; auctore  
placare studuit  
quia iuxta filiorum  
numerum ut scrip-  
tum est. consur-  
gens diluculo offe-  
rebat holocausta  
per singulos

Eosq; non solum ab  
immundis actibus  
sed a p[ro]p[ri]a quoq;  
cogitatione mun-  
dabat. De quo scrip-  
tura teste phibetur.  
Dicebat enim nefaste  
peccauerint filii  
mei. & benedixerint  
d[omi]no in cordibus suis

Affectum compassio-  
nis d[omi]ni. quia  
ipse de se amicoru  
questionibus. & altus.  
dicit. flebam quon-  
dam sup eum. qui  
afflictus erat  
ministeriu[m] pietatis



172<sup>v</sup>  
Inpendit. qui ait,  
Oculus sui cæco & per  
claudo. & castitatis  
mundiciam in corde  
custodiunt. qui ob  
testando se aperit  
dicens. Si deceptum  
est cor meum super  
mulierem. Humili  
tatis culmen medul  
litus tenuit. qui dicit,  
Si contempsi iudicium  
subire cum seruo  
meo. & ancille mee  
cum disceptarent  
aduersum me.  
Beneficia largitatis  
inpendit. qui ait,  
Si comedi buccellam  
meam solus. & non  
comedit pupillus  
& ea. Et rursus  
si non benedixerunt  
mihi latera eius.  
& de uelleribus ouium  
mearum cale fac  
tus est. Gratiam

hospitalitatis exhibu  
it. qui dicit, Foris  
non mansit peregrini  
nus. ostium meum  
uiatori patuit.  
Et inter hæc aduirtu  
tum cumulum per  
scellentiosam uiam  
caritatis. & inimicos  
dilexit. qui ait,  
Si gauisus sum ad rui  
nam eius qui me  
oderat. & rursus.  
Non enim dedi  
ad peccandum  
guttur meum. ut  
& pœderem maledicens  
animam eius.  
Quæ ergo uis scis sua  
opera uerebatur  
quia illa semper  
exhibuit sequibus pla  
cari dī. & erga Inqui  
tates sola. Quid ergo  
est quod & mira  
opera faciens. hæc  
ipsa & iam uer&ur

173R

Pauens cum dicit  
 uestebar omnia ope  
 ra mea. Nisi quod  
 Insci uiri actibus uer  
 bisq; colligimus. Ut  
 si placere dō ueraci  
 ter cupimus. post  
 quam peruersa subi  
 gimus. ipsa innobis  
 & iam bene gesta  
 timeamus.

Quo quippe sunt que  
 in bonis operibus  
 necesse est ut stu  
 diose formidentur.  
 Desidia uidelicet &  
 fraus. Unde & p  
 proph&am apud  
 iustam transla  
 tionem dicitur.

Maledictus omnis qui  
 opus dñi facit frau  
 dulenter & desidiose.  
 Sed sciendum magno  
 pere est. quia desi  
 dia per torporem  
 nascitur. fraus per

priuatam dilectionē.  
 Illā namq; minor di  
 amor & aggerat.  
 hanc autem male  
 mentē possidens. pro  
 prius amor creat.  
 fraudem quippe in  
 dī opere perp&rat.  
 quisquis sem&ipsum  
 inordinate diligens.  
 per hoc quod recte  
 egerit. ad remunera  
 tionis transitoria  
 bona festinat.

Sciendum quoq; est.  
 S quod trib; modis  
 fraus ipsa commit  
 titur. quia per hanc  
 proculdubio. aut  
 tacita cordis huma  
 ni gratia. aut fauo  
 ris aura. aut res  
 quælib& exterior.  
 desideratur.

Quo contra recte de  
 iusto per proph&a  
 dicitur. Beatus

qui excutit manus  
 suas ab omni munere.  
 Quia enim non solum  
 fraus in acceptione  
 pecunie est. munus  
 proculdubio unum  
 non est. Tres uero  
 sunt acceptiones  
 munerū ad quas &  
 fraude festinantur.  
 Munus namque a corde  
 est. <sup>captra</sup>capta gratia  
 a cogitatione.  
 Munus ab ore est. glo-  
 ria per fauorem.  
 Munus a manu est.  
 præmium pactionē.  
 Sed iustus quisque ab  
 Somni munere ma-  
 nus excutit. quia in  
 eo quod recte agit.  
 Nec ab humano cor-  
 de inanem gloria-  
 nec ab ore laudem.  
 Nec a manu dationē  
 recipere querit.  
 Solus ergo in dō opere

fraudem non facit.  
 qui cum ad studia bo-  
 ne actionis inuigilat.  
 Nec ad corporalis se-  
 præmia. Nec ad lau-  
 dem uerba. Nec ad  
 humani iudicii gratiā  
 anhelat. Ipsa igitur  
 bona nr̄e quia insidi-  
 antis culpe euadere  
 gaudium nequeunt.  
 Nisi sollicito cotidie  
 timore muniantur.  
 Per sem̄ uirum recte  
 nunc dicitur. Vere  
 bar omnia opera mea.  
 Nisi humili confessio-  
 ne dicatur.  
 Que aperte egerim ui-  
 deo. sed quid in his  
 latenter pertulerim  
 ignoro. Sæpe enim  
 bona nr̄a. Slatroci-  
 nantis fraudem depe-  
 seunt. quia sectis se  
 nr̄is actibus. concupis-  
 centiæ terrene

174R

subiungunt. Sæpe  
 desidia interuenientæ  
 deficiunt. quia fer  
 uore quo coepta sunt  
 frigiscentæ amore  
 tæpe fiunt. Quia  
 ergo culpe subreptio  
 uel in ipso uirtutis  
 actu uix uinctur  
 quid ad securitatem  
 super est. Nisi ut  
 studiose semper & in  
 uirtute timeatur.

Sed post hæc ualde  
 scrupulosum cordi  
 se subleat. Sciens  
 quod non pateris de  
 linquenti. Si enim  
 delinquenti non par  
 citur. quis ab æterna  
 morte eripitur. cum  
 a delicto mundus  
 nemo sepperitur.

An penitentia pascit  
 & delinquenti non  
 pascit. Quia cum  
 delicta plangimus.

Nequaquam iam  
 delinquentes sumus.

Sed quid<sup>en</sup> quod pateris  
 cum negat respicit.  
 & redemptoris negati  
 respectu ad lacrimas  
 uocatur. Quod quod  
 paulus cum redemp  
 toris nomen littera  
 conardur & tingere.  
 eius uerba de celo  
 meruit audire.

Sed tamen culpa in  
 utroq; punita. quia  
 & de patre teste  
 euangelio scriptum e.

“ Recordatus pateris  
 “ uerbi ihu. egressus  
 “ foras fleuit amare.  
 & de paulo hæc eade  
 que hunc uocauit  
 ueritas dicit.

“ Ego ostendam ei quan  
 “ ta eum oporteat  
 “ pro nomine meo pati.

Delinquenti ergo  
 nequaquam pascit.

P

174<sup>v</sup>  
quia delictum sine  
ultione non deserit.  
Aut enim ipse hoc  
homo in se penitens  
punit. Aut hoc dñs cū  
homine uindicans p  
cutit. Nequaquam  
igitur peccato pasci  
tur. quia nullatenus  
sine uindicta laxat.  
Sic dauid post confes  
sione audire meruit.  
Dñs transtulit pecca  
tum tuum. Et ta  
men multis post  
cruciatib; afflictus  
ac fugiens. reatum  
culpe quam perpe  
trauerat & soluit.  
Sic nos salutis unda  
a culpa primi paren  
tis absolui mur. sed  
tamen reatum eiusde  
culpe diluenter. ab  
soluiti quoq; adhuc  
carnaliter obimus.  
Bene ergo dicitur

Sciens quod non pasci  
ret delinquenti.

Quia delicta nra siue p  
nos. siue per semetipsū  
rescat. & iam cum  
relaxat. Ab electis  
enim suis iniquitati  
maculas studet tem  
porali afflictione  
tergere. quas in eis  
in perpetuum non uult  
uidere. Sed saepe  
mens dum plus iusto  
trepidat. dum pauose  
quattur. dum sinis  
tris suspicionibus  
urguitur. tectit hanc  
uiuere. que se ad uitā  
uel per labores ambi  
gū peruenire.

Unde & subsequenter  
ad iungitur.

„ **SI AUTEM SIC IMPRISU**  
„ quare frustra labo  
„ rari

**SI ENIM REUOTA PIE**  
S tate discutimus

opus nr̄m p̄na dig  
 num est. quod semu  
 nerari p̄miis postō  
 lamur. Vir igitur  
 sc̄s sub occultā iudiciā  
 trepidans dicit

**S**i autem & sic impius  
 sum quare frustra  
 laboravi. Non quō  
 hunc laborasse peni  
 tē. Sed quod incer  
 tus esse de p̄miis  
 & inter labores dolē.

**S**ciendum uero est  
 quod uiri sc̄i tūc in  
 certis sunt ut confidunt  
 atq; ita confidunt  
 ut tamen & securi  
 tate non torpeant.

**Q**uia ergo plerumq;  
 mens & impensa  
 rectis actibus trepi  
 dat. festat ut post  
 quam bonum opus  
 agitur. lacrimę dif  
 feratōnis & quiritan  
 tur. quatenus ad

exp̄iatiois

eterna p̄miā meri  
 tum recti operis. sub  
 ueat humilitas postō  
 lationis. Sed tamen  
 sciendum est quia  
 mundas nos ad per  
 fectum reddere uel  
 uita uel lacrimę non  
 ualent. quo usq; nos  
 mortaditas nr̄e cor  
 ruptionis tenē.

**U**nde & apte subiungit.

**S**I LOTUS FUERO  
 „ quasi aquis niuis &  
 „ fuerint uelut mun  
 „ dissimę manus mee.  
 „ tamen sordibus inq̄n  
 „ gues me. & abomina  
 „ buntur me uestimen  
 „ ta mea.

**M**que ENIM NIUIS  
 sunt. lamenta hu  
 militatis. Que profec  
 to humilitas. qui ante  
 districti iudicis oculos  
 ceteris uirtutibus p̄e  
 minē. quasi per

175<sup>v</sup>  
 magni meriti colose  
 candite. Sunt nam  
 q; non. S nulli qui  
 lamenta habent sed  
 humilitate non habent.  
 Quia afflicti plangunt  
 sed tamen in ipsis  
 fleatibus uel contra pro  
 ximorum uitam super  
 biunt. Vel contra  
 ordinationem condito  
 ris eriguntur.  
 Hi nimirum aquas ha  
 bent. & mundi esse  
 nequeunt. quia hu  
 militatis fleatibus  
 minime labantur.  
 A quis autem niuis  
 a culpa se lauerat  
 qui confidenter dicebat.  
 " Cor contritum & hu  
 " miliatum deus non  
 " respicit. Qui enim  
 lamentis affliguntur  
 sed in murmure se  
 belles sunt. mentem  
 quidem conterunt.

sed humiliare con  
 tempnunt. Quam  
 uis aquas niuis intel  
 legi & aliter possunt.  
 Aqua enim fontis &  
 fluminis & terra  
 ortur. Aqua uero  
 niuis & aere profuit.  
 Et sunt plerique qui per  
 orationum lamenta  
 se cruciant. sed ta  
 men totis lamenta  
 rum laboribus ad sola  
 terrena desideria  
 & sudant. Conpun  
 guntur in precibus.  
 sed felicitatis transi  
 torie gaudia &  
 quirunt. Hoc itaque  
 niuis aqua non ablu  
 it. quic eorum fle  
 tur ab his uenit.  
 Quasi enim & terre  
 aqua perfusi sunt.  
 qui per terrenis bonis  
 in precibus conpungunt.  
 Qui uero id cuncto plorat.

Lij

quā præmia superna  
desiderant. Aqua  
niuis hos diluit. quia  
cælestis conpunctio  
infundit. Nam cum  
perennem patriam  
per lamenta appetunt.  
eiusq; accensi deside-  
rius plangunt. a sum-  
mis accipiunt. unde  
mundentur.

Per manus autem quid  
aliud. quam opera  
designantur. Unde  
quibusdam per pro-  
phetam dicitur.

Manus ur̄e sanguine  
plene sunt. idest ope-  
ra crudelitatis.

Notandum uero quod  
uir sc̄s non ait fuerint  
mundissime manus  
meæ. Sed uelut mun-  
dissime manus meæ.

Quia quousq; pæna  
corruptionis astringi-  
mur. quam libet

176R  
rectis operib; ueram  
munditiã nequaquam  
adprehendimus. sed  
imitamur. Unde  
apte subiungitur.  
Tamen sordibus intin-  
gues me. Dñs nos in-  
tinguere sordibus  
dicitur. Intinctos  
sordibus demonstrare.

Quia quanto uel illum  
uerius per bona opera  
surgimus. tanto sub-  
tilius uitæ nr̄e sordes  
agnoscimus. quibus  
ab eius munditia dis-  
cordamus. At ergo.

Silotus fuero quasi  
aquis niuis. & fuerint  
uelut mundissime  
manus meæ. tamen  
sordibus intingues me.

Ac si aperte dicat.  
Quam uis lamentis  
supnæ conpunctionis  
gestear. Intua ta-  
men munditia uideo.



Quia mundus non sum.  
**I**ntentam quippe dō  
 animam ipse adhuc  
 corruptibilis caro  
 dixerat. eiusque  
 amoris pulchritudi  
 nem obscenis & inlici  
 tis cogitationum mo  
 tib; fœdat. Unde &  
 subditur. Et abhomi  
 nabuntur me uesti  
 menta mea.  
**Q**uid enim uestimenta  
 nomine. Nisi hoc  
 terrenum corpus &  
 primitur. quo induta  
 anima tegitur. ne in  
 subtilitatis sue sub  
 stantia nuda uideat.  
**H**inc & enim salomon  
 ait. Omni tempore  
 sint uestimenta tua  
 candida. id est mem  
 bra corporis. a sordi  
 dis actib; munda.  
**H**inc esaias ait.  
 Uestimentum mixtum

sanguinem. erit in  
 combustionem.  
**S**anguinem quippe uesti  
 mentum miscere est.  
 desideris carnalibus  
 inquinare. Quibus  
 nimirum se pallui  
 p̄dimista formida  
 uerat cum dicebat.  
**L**ibera me de sangui  
 nibus d̄s d̄s salutis mee.  
**H**inc uoce angeli ad  
 iohannem dicitur.  
 "Haber pauca nomina  
 " in sardis que non in  
 " quinauerunt uesti  
 " menta sue.  
**M**ore autē sacri eloqui  
 uestimenta nos abomi  
 nate referuntur. quia  
 abominabiles reddunt.  
**S**icut p̄ p̄r̄um quoq;  
 de iuda dicitur. hic  
 possedit agrum de  
 me xede iniquitatis.  
**N**eq; enim emptum  
 p̄r̄o sanguinis agri

figuli possidere iudas  
 potuit - qui relicto  
 triginta argenteis  
 tradidit criminem  
 criminiosiore in se  
 protinus morte mul  
 tavit. Sed possedit  
 dictum est. possidere  
 fecit. Itaque hoc loco  
 abominabuntur me  
 uestimenta mea di  
 citur. Abominabilem  
 faciunt. Quia nimi  
 rum dum contra men  
 tem membra super  
 biunt. Dum scilicet desi  
 deria studia <sup>temp</sup> statio  
 num suarum tumul  
 tib; interrumpunt.  
 In ipso suo certamine  
 posita anima agnos  
 cit quantum adhuc  
 adiunitate dispicit.  
 Quae corruptione sua  
 plene apprensus tran  
 sire. Sed non ualens.  
 fcede puluere cogita

tionis inquinatae.  
 Hanc uestimentorum  
 abominatione sense  
 rat qui dicebat.  
 "Videam aliam legem in  
 " membris meis. repug  
 " nantem legi mentis  
 " meae. & captiuum  
 " me ducentem in lege  
 " peccati. que est in  
 " membris meis.  
 Hae & iam uestimenta  
 in quibus perfecte pla  
 cere non poterat.  
 quandoque melius  
 resumenda deponere  
 festine cupiebat dicens.  
 " Infelix ego homo quis  
 " me liberauit decor  
 " pore mortis huius.  
 Dicat ergo uir iustus.  
 Silotus fuero quasi  
 aquis niuis & fuerint  
 uelut mundissime  
 manus meae. tamen  
 sordibus intingues me  
 & abominabuntur

foedo.

177<sup>v</sup>  
me uestimenta mea,  
Quia quantum libet ad  
summa & conpunctio-  
ne contemplationis  
ascenderit quantum  
libet in opere semper  
& exitum laboris accin-  
xerit. Indignum ta-  
men ad huc aliquo  
de corpore mortis <sup>remittit</sup>  
quæ de pondere corrup-  
tionis prematur por-  
tat. Cui hoc quoque  
fit grauius quod saepe  
neque hoc intellegit.  
Unde delinquens fla-  
gella suscipit.  
Sed districto iudici  
quid in se maius quid  
ue minus displiceat  
non agnoscit.

Unde & subditur.

**Neque enim uiro**  
" qui similis mei est  
" respondebo. Nec qui  
" mecum in iudicio &  
" de quo possit audire,

\* & abominabilem se esse considerat in multis.

Quia cum quod libet  
in iudicio & aequo con-  
tendimus. & quid con-  
trario nos dicatur agnos-  
cimus. & in his que  
dicimus audimus. &  
quo oblecta patenter  
adprehendimus. auden-  
ter ad proposita respon-  
demus. Quia ergo  
inuisibilis iudex quæ  
facimus uidet. quasi  
audet quæ dicimus.  
Sed quia id quod ei  
displicet nequaquam  
plene cognoscimus.  
quasi quid ipse dicit  
ignoramus.

Vir igitur se uestimen-  
torum suorum abomi-  
nationem considerans.  
eo amplius timet quo  
audiri & aequo in iudi-  
cio non ualeat. quia  
quo usque corruptionis  
sue pondere premi-  
tur. hoc in pena sua

gravius tolerat. quod  
 & sensum sui reprehen-  
 soris ignorat. Ac si  
 aperte dicat. In hoc  
 & de quo non audior.  
 quia & patent cuncta  
 que facio. & tamen  
 ipse nescio per quanta  
 reprehendor. Sequitur.

**NON EST QUI** utriusque  
 uideat arguere &  
 ponere manum suam  
 in ambobus.

**DURUM** sonat utque  
 ratur quidem arguat.  
 sed durum non erit  
 si recurrit ad memoria.  
 quod ipse per alium  
 prophetam dicit.

Per esaiam quippe  
 ammonet dicens.

**QUIESCITE** agere peruer-  
 se. discite benefacere.  
 querite iudicium. sub-  
 uente oppresso. iudi-  
 cate pupillo. defendi-  
 te uiduam. uente

& arguite me.

**Et** namque quem arguimus  
 rationis auctoritate  
 contraimus. Et quid  
 est quod dominus agere  
 sancta nos admonens ad-  
 iungit. Uente & argui-  
 te me. Nisi quod aperte  
 insinuat. quantam bonis  
 actibus fiduciam prestat.

**Ac** si patenter insinuat.  
**R**elicta agere & animi  
 aduersionis <sup>meae</sup> motibus  
 meae non iam per de-  
 precationis gemituum.  
 Sed per fiducia aucto-  
 ritatis obuiate.

**Hinc** enim iohannes dicit.  
 " Sicut nostrum non reprehen-  
 " derit nos fiduciam ha-  
 " bemus credimus. Hinc est  
 quod moyses quic pla-  
 ca & seruiens auditur  
 tacens. Cui silenti  
 dicitur. Quid clamas  
 credime. Hinc est quod  
 irascentem reuocat.

178<sup>v</sup>  
cum audiuit. dimitte  
me ut irascatur furor  
meus contra populum  
istum. Hinc est quod  
arguente dñs non ha-  
buisse queritur. cum  
per proph&am dicit.  
Quæsiui uirum qui inter-  
poneret sepem. & sta-  
ret oppositòs contra  
me. ne dissiparem eum  
& non inueni. Hinc  
est quod grauter  
esaias deplorat dicens.  
Omnes nos cœcidimus  
quasi folium. & iniqui-  
tates nr̄e quasi uentus  
abstulerunt nos. non  
est qui inuocet nomen  
tuum qui consurgat  
& teneat te. Sed pos-  
sunt recti quilibet per  
accepte innocentie  
meritum. aliquando  
presentis motibus  
animaduersionis ob-  
uiase. Non enim

ualent uirtute propria  
ab humana genere  
supplicia secutare  
mortis & pellere.  
Uir igitur sc̄s humani  
genus consideret  
quod fluxit æternæ  
mortis damna conspi-  
ciat. Cui nimirum  
constat <sup>quæ</sup> nequaquam  
iustitia humana con-  
tradicat. Videat  
quam peruerse homo  
uideat quam districte  
contra hominẽ con-  
ditor irascatur.  
Et mediator dñi & homi-  
nis. dñm & hominem  
sequatur. Quẽ quia  
longe post uenturum  
considerat. deplorat  
dicat. Non est qui  
utrumq; ualeat argue-  
re. & ponere manum  
suam in ambobus.  
Redemptor quippe  
humani generis.

179R

mediator dī & homi  
 nis per carnem factus.  
 quia iustus in homi  
 nibus solus apparuit.  
 & tamen ad penam  
 culpe & iam sine cul  
 pa peruenit. Et ho  
 minem arguit ne de  
 linquerit & dō obsti  
 tit ne feriret.

Exempla innocentie  
 praeiuit. penam mali  
 tie suscepit; patiēdo  
 ergo utrumq; arguit.  
 qui & culpam hominis  
 iustitiam aspirando  
 corripuit & iram lu  
 dicis moriendo tem  
 perauit. Atq; in utrisq;  
 manum posuit quia  
 exempla hominibus  
 que imitarentur pre  
 buit & dō in se opera  
 quibus erga homines  
 placerebantur ostendit.

Nullus quippe ante  
 hunc & tunc quis sic

pro alienis erratis in  
 tercederet ut propria  
 non haberet. Aeterna  
 igitur morti tanto  
 quis in alius obuiare  
 non poterat. quanto  
 hunc reatus de propriis  
 astringebat.

Venit itaq; nouus homo  
 cecidit homines. contradic  
 tor cecidit culpam. ami  
 cus ad penam. Mira  
 monstrauit. crude  
 lia pertulit. Manum  
 ergo suam in ambobus  
 posuit. quia unde  
 seum reatus docuit.  
 inde iratum iudicem  
 placabit. qui hoc quo  
 q; ipsis suis miraculis  
 mirabilius prebuit.

Quia corda delinquen  
 tum mansuetudine  
 potius quam terrore  
 corripuit. Unde & subdit.

**Auferat a me**  
 uirgam suam & pauor

eius non me terreat ,  
 Per legem quippe uir-  
 ginis dñs tenuerat cum  
 dicebat . Siquis hæc  
 uel illa fecerit . moſte-  
 moriatur . Sed in-  
 castatus . Surgens  
 abstulit . qui uias uite  
 permansuetudinem  
 ostendit . Unde & p-  
 psalmista dicitur .  
 Intende prospere pro-  
 cede & regna . prop-  
 ter ueritatem & man-  
 suetudinem & iustitiam .  
 Timeri quippe quasi dñs  
 noluit . sed quasi pa-  
 ter ut amaretur inſpi-  
 rauit . Quod liquido  
 paulus dicit .  
 Non enim accepistis spm  
 seruitutis lterum in q-  
 moſte . sed accepistis  
 spm ad optionis filio-  
 rum in quo clamatis  
 abba pater . Unde  
 hic apte quoq; sublungit .

**LOQUAR ET NON**  
 timebo eum ,  
 Vir enim scs quia hu-  
 mani generis se deſemp-  
 tosem uenire mitem  
 conspiciet . non metum  
 uel dñm . sed affectu  
 uel patrem sumit .  
 Et amorem dispiciet .  
 quia per adoptionis  
 gratiam . uel amorem  
 surgit . Hinc iohan-  
 nes ait . Timor non  
 est in caritate . sed  
 perfecta caritas foras  
 mittit timorem .  
 Hinc zacharias dicit .  
 Ut sine timore de ma-  
 nib; inimicorum nro-  
 rum liberati seruiamus  
 illi . A peccati igitur  
 morte timor nos  
 suscitare non ualuit .  
 sed ad statum uite . aspi-  
 rata mansuetudinis  
 gratia erexit .  
 Quod bene heliseo

s'namiqs filium sus-  
 citante signatur  
 qui cum baculo puerū  
 mittens. & tincto filio  
 uitā minime red-  
 dit. Sed per sem& ip-  
 sum uero ueniens  
 seq; super mortuum  
 sternens. atq; ad eius  
 membra se colligens.  
 huc illucq; deambu-  
 lans. & in ore mor-  
 tui septies aspirans.  
 hunc ad sediuiuam  
 lucem protinus per-  
 ministerium con-  
 passionis animauit.  
**A**uctor. quippe huma-  
 ni generis d's. quasi  
 mortuum puerum  
 doluit. cum & tinc-  
 tos nos Iniquitatis.  
 aculeo miseratus  
 aspexit. Et quia  
 per moysen terrore  
 legis protulit. quasi  
 per puerum uirgam

180 R  
 misit. Sed puer cum  
 baculo mortuum susci-  
 tare non ualuit. quia  
 paulo ad testante  
 nihil adper factum  
 adduxit lex.

**I**psē autem per sem&  
 ipsum ueniens. & sup  
 cadauer se humiliter  
 sternens. Ad sequen-  
 da sibi mortui mem-  
 bra se colligit.

**Q**uia cum in forma di-  
 esse non rapinam  
 arbitratus est esse  
 se equidem dō. sed  
 sem& ipsum & inani-  
 uit formam serui  
 accipiens. in similitu-  
 dinem hominis factus.  
 & habitu inuentus  
 ut homo. Huc illucq;  
 deambulat. quia &  
 iudeam iuxta. & lon-  
 ge positas gentes  
 uocat. sup mortuum  
 septies inspirat.



180<sup>v</sup>  
quia per apertionem  
diuini muneris gratie  
septi formis spm̄ in pec  
cati morte latentib;  
tribuit. Voxque  
uiuens erigitur. quia  
his quem terroris uir  
gic suscitare non po  
tuit. per amoris  
spm̄ puer ad uitam  
redit. Dicat itaq;  
& sua. dicat & uoce  
humani generis. Aufe  
rat a me uirgam suam  
& pauor eius non me  
terreat. loquar &  
non timebo eum.  
Ubi apte sub iungit  
" **N**eq; enim possuam  
" me uens respondere.  
**R**espondere quippe  
cui libet dicimus. cum  
factis illius digna ope  
ra repensamus.  
Dō ergo respondere est.  
donis eius preceden  
tib; nr̄c obsequia

reddere. Unde &  
psalmi quidam in quib;  
scā operatio imitanda  
proponitur. ad respon  
dendum scripta pre  
notatur. Rectū itaq;  
dō hominem concedit.  
eumq; uel per uersa  
defluentē. cum longa  
nimitate tolerauit.  
Cotidie culpam aspiciet.  
& acmen uiuendi spa  
tia non citius abscedit.  
Dona licetgitur benign  
nitate sua & erga  
malos utitur.  
Respondere homo tot  
beneficiis debet. sed  
tamen respondere  
me uens non ualeat.  
Quic humani generis  
conditorum. quia ad  
huc seruiliter formi  
dat. procul dubio  
non amat. Nam  
tunc solum dō uera  
obsequia reddimus.

181R

cum eum propter  
 amoris fiducia non  
 timemus: cum nos  
 ad bona opera affec-  
 tus non metuus dirigit.  
 Cum malum nre men-  
 ti iam non placeat  
 & iam si liceat. Nam  
 quia peruersitatis  
 opere & amore  
 restringitur. per-  
 uersa libenter agere  
 si liceat. Nequaquam  
 ueraciter recitatus est.  
 qui adhuc aprauita-  
 tis desiderio liber  
 non est. Bene itaq;  
 dicitur. Neq; enim  
 possum metuens  
 respondere: quia  
 uera obsequia do-  
 non sed dimus. si &  
 amore mandati <sup>mandant.</sup>  
 illius. & non potius &  
 amore seruimus.  
 Sed cum menti nre  
 eius dulcedinis amor

accenditur. omne  
 desiderio presentis.  
 uite leuigatur.  
 In tediō dilectio uertit. <sup>del. Romano.</sup>  
 tur. atq; hanc cum me-  
 rore mens tolerat.  
 cui uita prius reprobo  
 amore seruiebat.  
 Unde & apte subditur.  
 " **TEDIUM ANIMAM MEAM**  
 " uite mee.  
 Sed cum PRESENS UITA  
 si uilesceat cepit  
 sese contra se animus  
 accendit. Ut accusare  
 se de culpis debeat. in  
 quibus se ante superio-  
 rum nescius defendebat.  
 Unde adhuc recte  
 subiungitur.  
 " **DIUITIAM ADUERSUM**  
 " me eloquium meum.  
 Quasi pro se eloquio  
 suo utitur. qui praua  
 que gessit defendere  
 & causationib; conatur.  
 Sed aduersum se eloquium

‡ cum conditoris amor dulcedine

181  
dimittere. quia accusare  
in se hoc incipit. quod  
erravit. Sæpe uero  
& cum delinquimus.  
eo quoque quæ agimus  
diudicamus. Accusat  
mens ipsa quod per-  
petrat. Sed quia  
hoc & desiderio minime  
deserit. erubescit.  
confrateri quod  
facit. Cum uero  
toto iam iudicio carnis  
delectationem præ-  
mit. audaci uoce in  
accusationis suæ con-  
fessionem se erigit.  
Unde recte nunc dicitur,  
Dimittam uersum  
me eloquium meum.  
Quia fortis mens. relic-  
tare contra se eloque-  
um de testationis in-  
choat. quæ apud  
semetipsam prius. In-  
firme uerecundata <sup>infirmis</sup>  
relinebat.

Sed sunt non nulli qui  
aperas uocibus culpam  
fatentur. Sed tamen  
in confessione gemere  
nesciunt. & lugenda  
gredientes dicunt.  
Unde adhuc apte  
sub iungitur.

**LOQUAR IN AMARI-  
tudine anime mee.**

Qui culpas suas de-  
testando loquitur.  
restat necesse est.  
ut huius in amaritudi-  
ne anime loquatur.  
Ut hæc ipsa amari-  
tudo puniat. quidquid  
lingua per mentis  
iudicium accusat.

Sciendum uero quia  
se pena penitentie  
quam sibi mens intro-  
gret. Aliquantenus  
securitatem percipit.  
atque ad interrogatio-  
nem superni iudicis  
fidentior & surgit.

182R

Ut semetipsam subgli  
ur inueniat. & erga  
se que<sup>ri</sup> quomodo  
disponantur agnos  
cant. Unde & pro  
tinus additur.

**D**ICAM D<sup>NO</sup> NOLI ME  
condemnare. Indica  
mihiquare me ita  
iudices.

**Q**ui peccatorem se  
in amaritudine ani  
me asserit. quid d<sup>o</sup>  
aliud quam ne con  
demnetur dicit.

**Q**uia amaritudo prae  
sensas penitentiae  
& tangit supplicia  
sequentis ite.

**D**uob; autem modis  
inhac uita homine  
iudicat d<sup>s</sup>. Quia aut  
per mala presentia  
inrogare iam tormen  
ta sequentia incipit.  
Aut tormenta sequen  
tia flagellis presentib;

& tangit. Nisi de  
lictis exigentibus iustus  
iudex. & nunc &  
post modum quosda  
percuteret iudas mi  
nime dixisset. Secun  
do eos qui non credide  
runt perdidit.

**E**t de iniquis psalmista  
non diceret. Induant  
sicut de ploide confu  
sionem suam.

**D**e ploide quippe dupli  
uestimentu dicimus.

**C**onfusionem ergo sicut  
de ploide induti sunt.  
qui iuxta reatus sui  
merito & temporali  
& perpetua anim ad  
uersione feriuntur.

**S**olas quippe pena  
a supplicio liberat.  
quos ininuat. nam  
quos presentia mala  
non corrigunt. ad  
sequentia perducunt.

**S**i autem nequaquam

quosdam pena praesens a supplicio aeterno defendere. Paulus minime dixisset,

- " Cum iudicamus ad domino
- " corripimur ut non cum
- " hoc mundo damnemur,
- " Hinc uoce angelica ad
- " iohannem dicitur,
- " Ego quos amo arguo
- " & castigo, Hinc etiam
- " scriptum est, Quem di-
- " ligit dominus castigat,
- " flagellat autem <sup>omnem</sup> filium
- " quem recipit,

Saepe ergo mens iusti ut magis securus sit. Atque trepidat & cum flagellis cingitur. Superi iudicii incertitudine turbatur,

Paulus ne iniquum sequentis damnationis sit. Omne quod patitur & per cogitationem interrogat iudicem. Quia de uita sua

meritis ambigit in percussione. Sed cum uita uirtus ad oculos mentis reducitur. Quasi consolatio ad iudicem responditur,

Quia nequaquam ad perdendum percutit. quem in actionis innocentia feriendo custodit. Bene itaque nunc dicitur, Iudicamini. Ego me ita iudicet.

Ac si aperte diceretur, Quia flagellando me iudicet. ostende quod ad iudicium per flagella securum redas. Quod tamen intellegi & aliter potest,

Nam plerumque uis lustratur flagella ad probationem percipit. & uitam suam subtilissima inquisitione discutens. quam uis se peccatorem & sentiat & fateatur,

183R

Qua tamen specialiter  
 culpa percutitur. mi-  
 nime cognoscit. Atq;  
 eo magis in percussione  
 trepidat. quo causas  
 suae percussione igno-  
 rat. Pœit ut semet  
 ipsum sibi iudex indi-  
 cet. quatenus quod  
 ille anim aduertendo  
 percussit. hoc in se flen-  
 do & ipse castigat.

Sic namq; quod equis-  
 simus iudex iniuste  
 quempiam nullo modo  
 affligit. & magna  
 mœu concutitur. quia  
 & dolere in uerbere. &  
 deprehendere in se  
 perfecte non ualeat  
 quod deplorat.

Unde adhuc subditur.  
**N**UQUID BONUM  
 tibi uidetur. si calum-  
 nieris & opprimas  
 pauperem. opus manuum  
 tuarum & consilium

impiorum adiuues.

**H**OC NIADIRUM SIC PER  
 INTERROGATIONE DICTUR.  
 ut negetur. Ac si aper-  
 te diceretur. Tu quisu-  
 me bonus es. Noui  
 quia bonum non aesti-  
 mas. ut pauperem p  
 calumniam preemas.  
**E**T scio ergo quia non est  
 iniustum quod patior.  
 & eo magis doleo. quo  
 causas iustitiae ignoro.

Notandum uero quod  
 non ait. ut opprimas  
 innocentem. sed pauperem.

**Q**ui enim distractione  
 iudicis nequaquam  
 innocentiam. sed pau-  
 perem suam obicit.  
 non iam de uitae auda-  
 ciam arripit. sed qua  
 se infirmum conspi-  
 ciat ostendit.

**U**bi & congrue subiu-  
 git. Opus manuum  
 tuarum. Ac si apte

iniustitiae

183<sup>v</sup>  
dicat. Impie oppri-  
mere non potes que-  
te fecisse gratuito  
recordaris. Bene autē  
subditur. & consi-  
lium impiorum ad-  
iubes. Quos namq;  
hoc loco impios. Nisi  
malignos sp̄s uocat.  
Qui cum redire ipsi ad-  
uitam nequeunt  
crudeliter potius ad  
mortem quærunt.  
Quorum nimirum con-  
siliū fuit. Ut beati  
Iob diuina correptio  
tangeret. & quin  
tranquillitate iustus  
extiterat. saltem per  
flagella peccaret.  
Sed impiorum consiliū  
Dñs non adiuuat. quia  
eorum temptationi-  
bus carnem iusti prodi-  
dit. Animam ne tan-  
geret negauit.  
Hoc indefinenter contra

bonos consilium ma-  
ligni sp̄s ineunt. Uti hi  
quos seruire dō inno-  
cūe intranquillitate  
conspiciunt. usq;  
aduersitatibus aduora-  
ginem culpe rapiant.  
Sed eorum consilii acu-  
men destruitur. quia  
pius conditor. cum uiri-  
bus flagella moderat.  
ne uirtutē p̄na tran-  
seat. & per astutiā  
fortium humanā in-  
firmitas excedat.  
Unde bene & per pau-  
lum dicitur. fidelis  
autem d̄s qui non patie-  
tur uos temptari  
supra quam potestis.  
Sed faciet cum temp-  
tatione & iam prouen-  
tum. ut possitis sustinere.  
Nisi enim misericors  
d̄s cum uiribus tempta-  
menta modifiet.  
nullus profectus est.

189  
qui malignorum spūm  
insidias non corruens  
portat. Quia si men-  
suram iudex tempta-  
tionibus non prebet  
eo ipso protinus. Stan-  
tem deicit. quo ultra  
uires onera inponit.

**S**ic autem beatus iob  
negando sequiuit  
ista quæ protulit. Si-  
cut & requirendo ne-  
gat. ea quæ ilico sub-  
iungit dicens.

**N**umquid oculi car-  
nei tibi sunt. aut sicut  
uidet homo. & tu uide-  
bis. Numquid sicut  
dies hominis dies tui.  
aut anni tui sicut hu-  
mana sunt tempora.  
Ut querat iniquitate  
meam. & peccatū meū  
scruteris. ut scias quia  
nihil impium fecerim.

**O**culi carnei facta  
temporum. non nisi

184R  
Intempore agnoscunt.  
quia & ipsi ad uidentū  
cum tempore prodeunt.  
cum tempore claudunt.  
& humanus uisus quod  
libet opus sequitur non  
precurrit. Ventura  
nullo modo agnoscit.  
quia uix & uisus  
aspicit. Dies quoque  
& anni hominis. a diebus  
& annis discrepant æter-  
nitatis. quia uitam  
nrām quæ tempore in-  
cipitur. tempore finitur.  
Dum intra sinus sui lati-  
tudine format. æter-  
nitas deuorat.  
Cuius nimirum inmensi-  
tas. quia ultra citraque  
sup nos tenditur. sine  
inchoatione & termi-  
nam eius æternum esse  
dilatatatur. Eiq; nec  
transactæ prætereunt.  
nec adhuc uentura qua-  
si que non appareant.



desunt, Quia his qui  
 semper esse habet.  
 cunctis sibi presentia  
 conspiciat, Cumque  
 aspiciendo post & ante  
 non tenditur, nulla  
 intuitus mutatione  
 uariatur, Dicat ergo,  
 " Numquid oculi castrei  
 " tibi sunt, aut sicut uideat  
 " homo, & tu uidebis,  
 " Numquid sicut dies homi  
 " nis dies tui, & anni tui  
 " sicut humana sunt tem  
 " pora, ut querat iniqui  
 " tate meam & peccatum  
 " meum scrutaris, ut scias  
 " quia nihil impiu fecerim,  
 Ac si humiliter requisens  
 diceret, Quis me in  
 tempore per flagella  
 examinas, quem apud  
 te <sup>ppere</sup> & ante tempora scisti,  
 Quis culpas meas uerbe  
 rib; interrogas, quem  
 per aeternitatis tuae  
 potentia nec prius qua

conderis ignoras,  
 Cuius nimirum poten  
 tiae mox pondus expri  
 mit, cum sub iungit,  
 " **Quo sit nemo qui**  
 " demanu tua possit eueni,  
 Ac si aperte dicat,  
 Quid tibi restat, Nisi par  
 cere, cuius uirtute nul  
 lus ualeat obuiare,  
 Quo enim nemo est, qui  
 anim aduersione tua  
 & merito suae uirtutis  
 retineat, eo ase facilius,  
 tua pietas exigit ut parat  
 " **Qui** autem nos in delicto  
 concepti, in iniquitatib;  
 editi, aut noxi & praua  
 perpetramus, aut in  
 caute & iam recta agen  
 do delinquimus,  
 Districtus iudex unde  
 nobis fiat placabilis  
 non habemus, sed cum  
 nr̄m opus, eius obtutib;  
 dignum exhibere non  
 possumus, festat

ut ad placationē illius. " suum ei opus offeramr. "

Unde & subditur  
**MANUS TUAE PLASMA**  
uerunt me. & fecerunt  
me totum incisuram.  
& sic serpente precipitante.

Nesi humiliter dicat  
Quia sub iusto examine.  
dignum non est tue  
placationi quod feci.  
pena misericorditer.  
ne pereat quod fecisti.

Quibus & iam uerbis per  
uersum. manus dogma  
distruitur. quid duo  
esse principia mentiens.  
Ad dō spm. a sar'ana. A  
uero carne conditam

asserere conatur.  
Sēs & enim uir prophe  
ta. gra'ia sps plenus.  
longe post uentura  
considerat. & errorū  
genimina prouidens.  
calcat dicens

Manus tuae plasma uer

me. & fecerunt me.  
totum incisuram.

Quoniam & plasmatum  
se. & factum totum in  
cisuram ad dō asserit.  
tenebrarum genti nec  
in spū suo aliquo. nec  
in carne derelinquit.

Nam plasmatum se prop  
ter internam imagi  
nem reulit. factum  
uero totum incisuram.  
In eo quod & carnis  
constat indumento  
memorauit. Notan  
dum uero est. quia p  
hoc quod se plasmatu  
dī manib; asserit. mise  
ricordie iudicis. digni  
tate sui conditionis  
opponit. Quam uis  
enim p coaeternum  
patri uerbum cuncta  
creata sunt. in ipsa ta  
men relatione creatio  
nis ostenditur. quantū  
cunctis animalibus.

quantum rebus uel caelestibus sed tamen insensibilibus homo praefertur. Cuncta quoque per dixit & facta sunt. Cum uero facere hominem decerneret hoc quod reuerenter pensandum est praemittit dicens.

„ Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Neque enim sicut de rebus caeteris scriptum est fiat & facta sunt. Neque ut aquae uolatilia sic terra hominem protulit. Sed prius quam fieret faciamus dicitur. Unde etiam quia rationalis creatura condebatur quasi cum consilio facta uideretur quasi per studium de terra plasmatus & inspiratione conditoris in uirtute

spiritus uitalis erigitur. Unde etiam non per iussionis uocem sed per dignitatem operationis existit & qui conditoris imaginem fiebat. Quod igitur per conditionem homo elegantius interra creaturis caeteris accepit hoc in flagello positus pietatis sui opificis opponit dicens. Manus tuae plasmauerunt me & fecerunt me totum incisurum & sic repente praecipitas me. Ac si aperte dicat. Quis tanta uilitate dispicis quem cum tanta dignitate condeclisti. Et quem ratione rebus caeteris praefertis quis ex dolore supponis. Sed tamen haec eadem nostra dignitas fulget per imaginem & longe

186R

distat abeatiudinis perfectione per carnem, Quia dum sps miscetur pulveri. quodam modo conecitur infirmitate,

Quam scilicet infirmitatem beatus lob pietati iudicis obicit. cum subiungit,

**Mememento queso.**

quod sicut lutum faceris me,

Angelorum sps idcirco in remi sensibilibiter peccauerunt. quia tanto robustius stare poterant. quanto eos carnis admixtione non tenebat. Homo uero idcirco post culpam ueniam meruit. quia per carnale corpus. aliquid quo semet ipso minor esset accepit.

Unde apud iudicis argumentum

pietatis est. haec eadem infirmitas carnis.

Sicut per psalmistam dicitur. Ipse autem est misericors. & propitius fit peccatis eorum. & non disperdit eos.

Et multiplicauit ut auerteret iram suam ab eis. & non accendit omnem iram suam. & rememoratus est. quia caro sunt. Ut lutum ergo homo factus est. quia delimo est a conditione sumptus. Lutum quippe fit. cum se aqua terre conspargit.

Sicut lutum taceq; homo est conditus. quia quasi aquam infundit puluerem. cum anima rigat carnem.

Quod res uir bene pietati iudicis obicit. cum postolans dicit. Mememento queso. quod sicut

186  
" lutum feceris me

" Acsi aperte dicat

" I nfirmi tatem carnis

considera & reatum

iniquitatis laxa

" Ubi apud quosq; mors

eiusdem castus adiu

gitur cum protinus

sub inferatur

" **ET IN PULVEREM**

" reducis me

" Acsi patenter postula

dicens. Memento

quæso. quod per carnem

ad terra uenio & per

eius interitum. ad terram

tendo. <sup>treri</sup> Matiam

itaq; origenis & penam

finis aspice. & culpam

citius transeuntis paste.

" Sed quia equalitatem

protulit hominis condi

ti. Nunc subiungit or

dinem propagationis dicens.

" **NONNE SICUT LAC**

" multissime. & sicut

" caseum me. coagulasti.

" pelle & carnibus uestras

" ti me. ossibus & neruis

" conpegisti me.

" **P**lasmatum quippe

homo. sicut lutum fac

tus est. propagatus

autem. & sicut lac mul

gitur semine. & sicut

caseum. coagulatur in

carne. Carnibus &

pelle induitur. ossibus

neruisq; solidatur.

" **P**er lutum ergo prime

conditionis quiditas.

per lac uero. sequentis

ordo <sup>nunc</sup> conceptionis &

primitur. Quiper <sup>co</sup>

agulationis incrementa

ductur. Ut paulisper

in ossa roboretur.

" **S**ed angustie di laus est

descriptio creati corpo

ris. Nisi & iam. subsequen

ter & primatur. mixte

aspiratio uiuificationis.

" **U**nde & sub dicitur.

" **U**ita & misericordia

tribuit mihi,  
**S**ed INCASSUM NOBIS  
 bona conditor tribuit.  
 Si non omne quod tri-  
 buerit ipse custodit;  
 se qui tur

**STUENTIATIO TUA**  
 custodiuit spm meum.  
 Haec autem que de ex-  
 teriorem hominem  
 diximus. & iam inte-  
 riori posse congruere.  
 Libet ut breuiter repli-  
 cando monstremus.

Memento quaeſo. quod  
 sicut lutum feceris me.  
**S**icut lutum quippe ho-  
 mo noster interior  
 existit. quia ſcī ſp̄s gra-  
 tia terrene menti in-  
 funditur. At ad intel-  
 lectum ſui conditoris  
 erigitur. humana  
 namq; cogitatio. quae  
 peccati ſui ſterilitate  
 aruit. per uim ſcī ſp̄s.  
 quaſi inrigata terra

uirideſcit. Sed ſepe  
 dum p̄cep. Si ſup̄ni  
 doni uirtutib; ſine in-  
 terruptione utimur.  
 ad priuata fiduciam.  
 uſu continue proſpe-  
 ritatis eleuamur.

Unde fit plerumque. ut  
 iſdem qui ſubleuauerat.  
 parum per ſp̄m deſerat.  
 quatenus ipſum ſibi  
 hominem oſtendat.

Quod ſc̄s uir protinus  
 & primit cum ſubiungit.

Et in puluerem ſeducis  
 me. Quia enim p̄  
 ſubtractione ſp̄s. mens  
 aliquantulum in temp-  
 tatione deſertur.  
 quaſi ad humore priſti-  
 no terra ſiccatur. At  
 infirmitatem ſuam  
 derelictur ſentiat. &  
 ſine infuſione ſup̄ne  
 gratiae. quantum ho-  
 mo aruit agnoſcat.

Qui apte quoq; ſeduci

ad puluerem dicitur.  
 quia dimissus sibi cuius  
 libet temptationis aura  
 reparatur. Sed dum  
 felicitati concitamus ea  
 quae ad flatu cognoui  
 mus. subtilius iam dona  
 cogitamus. Unde sub  
 iungit. Nonne sicut  
 lac mulsisti me. & si  
 cut caseum me coaco  
 lasti. Mens & enim  
 nra cum per se ipsa  
 gratia ab usu ueritate  
 conuersationis abstra  
 hitur. sicut lac mulgetur  
 quia in quadam  
 incoaculationis noua  
 teneritudine. & subli  
 mitate formatur.  
 Sicut caseum coagulatur  
 quia in constipatione  
 pinguiscentis cogitatio  
 nis astringitur. At ne  
 quaquam iam perde  
 sideria diffluat. sed  
 in uno amore se

colligens ad solidam  
 reformationem surgat.  
 Plerumque uero contra  
 haec ecclesiam rudimenta  
 spiritus & usu ueteri  
 caro submurmurat.  
 & mens bella tolerat.  
 & homine quem foras  
 portat. Unde sub  
 iungit. Pelle & car  
 nib; uestisti me.  
 Pelle quippe & carnib;  
 interior homo uesti  
 tur. quia in eo quod  
 ad superna erigitur.  
 carnalium motuum  
 obsidione uallatur.  
 Sed tendentem ad iusti  
 tiam nequaquam in  
 temptatione conditor  
 deserit. qui per infu  
 sione gratiae & iam  
 peccantem praevent.  
 Sed sub leuata mente  
 & ad bella exterilaxat.  
 & interius roborat.  
 Unde adhuc apte

188R

subiungitur, Ossibus  
 & nervibus conpegisti  
 me, Carnibus & pelle  
 uestimur. sed ossibus  
 nervisque conpingimur,  
 Quia & si temptatione  
 foras insuente concuti  
 mur. Intus tamen nos  
 conditoris manus ro  
 borat ne frangamur,  
 Carnis tuncq; nos motib;  
 humiliat ad dona  
 sed per ossa virtutum  
 roborat contra  
 temptamenta, At  
 ergo, Carne & pel  
 lib; uestisti me ossibus  
 & nervis conpegisti  
 me, Ac si aperte  
 dicat, Foras me  
 ad probationem dese  
 ris. Sed tamen intus  
 ne peream virtutib;  
 adstringendo custodis,  
 Qui idcirco nobis bene  
 uiuendi rectitudine  
 tribuit. quia benigne

praeterita quaedeliqui  
 mus parit, Unde  
 adhuc apte subiungit,  
 Vitam & misericordiam.  
 tribuisti mihi,  
 Vitam quippe tribuitur.  
 cum malignis mentib;  
 benignitas aspiratur,  
 Sed vita sine misericor  
 dia accipi nequaquam  
 ualeat. quia ad opti  
 nenda dñs iustitiae  
 bona non adiuuat  
 si prius misericordi  
 ter ante acta nequitia  
 non relaxat,  
 Vel certe vitam nobis  
 & misericordiam tri  
 buit. quia ea qua nos  
 misericordia ad bene  
 uiuendum praeuent  
 & iam subsequente  
 custodit, Nisi enim  
 misericordiam subrogat.  
 Seruari vitam non  
 ualeat quam prebet,  
 I pro quippe



cotidie humane uite  
 usu ueterescimus. & te  
 rioris hominis impulsu  
 cogitatione lubrica ab  
 interiorib; eximus.  
 Et nisi nos superna uisita  
 tio. uel ad amorem  
 conpungendo uiuifica  
 uel ad timorem fla  
 gellando restitua  
 Repentina lapsu. mens  
 funditur tota destrui  
 tur. quae elongo uir  
 tutis studio innouata  
 uidebatur. Unde sub  
 iungit. Et uisitatio  
 tuae custodiunt spm  
 meum. Humanum  
 quippe spm. uisitatio  
 superna custodit.  
 cum hunc uirtutibus  
 ditatam. uel flagella  
 pcutere. uel conpun  
 gere amore non desi  
 nit. Nam si dona  
 praestat. sed hunc  
 continue

restituro non sub  
 leuat. Citius bonu  
 perditur. quod non  
 a largiente custoditur.  
 Sed ecce uis scs dum se  
 humiliter agnoscit.  
 conferenda generali  
 ter diuinae misericor  
 die sacra deprehē  
 dit. Cumq; infir  
 mitatem suam uera  
 citer fatetur. repente  
 ad cognoscendam uo  
 cationē gentium.  
 sublimiter recipitur.  
 Nam protinus subdit.  
**Licet haec celes**  
 in corde tuo. tamen  
 scio. quia uniuersoru  
 memineras.  
 Ac si aperte dicat.  
 Quis de me trepido.  
 qui & uniuersas gentes  
 quae colligis scio.  
 Quod tamen in corde  
 celas. quae hoc adhuc  
 apto sermone non indicas

189  
189R  
Sed qui & uniuersorum  
seminisceris. me pro  
culdubio deuenia certū  
facis. Sciendum uero  
est. q̄ia In quibusdam  
factis. & certi deuenia  
redclimur. & post per  
p̄ratas cul pas ad  
absolutionis nr̄e fidu  
ciā. correctione & p̄a  
nitentia subsequente  
roboramur. per p̄ra  
te tamen nr̄e nequi  
tate adhuc memoria  
tangimur. & cogita  
tione illicita auersi  
nolentesq; pulsamur.

Unde apte sub iungit.  
**S**i peccavi. et ad ora  
pepercisti mihi. quia  
ab iniquitate mea  
mundum me esse  
non pateris.

**A**d horam dñs peccatū  
paxit. cum reatu  
culpe. concessis proq  
nus flēib; deluit.

Sed ab iniquitate. nr̄a  
mundos nos esse non  
pattur. quia uolentes  
quidem culpam faci  
mus. sed non numquam  
nolentes. eius memo  
riam cum delectatione  
toleremus. Sape  
namq; hoc. Quod  
a conspectu iam iudicis.  
flēum interueniente  
delēum est. ad animū  
reclit. Et deuicta  
culpa ad delectationē  
rursus in sepe renitit.  
Atq; in antiquo certa  
mine. sed in uia pulsa  
tione separatur.

Ita ut quod prius egit  
in corpore. hoc in por  
tuna cogitatione.  
post modum uers &  
in mente. Quod cau  
te ille conspiceret.  
athlētā spiritualis no  
uerat. quid dicebat.

„ Computruerunt

789<sup>v</sup>  
" & deteriorauerunt  
" cicatrices meae. a facie  
" insipientiae meae,  
" Quid namque cicatrices  
" Nisi sanationes sunt  
" uulnerum, Laxatas  
" ergo nequicias adde  
" lectationem memorie  
" redire conspexerat.  
